Libri Physicorum cum commentariis Averrois.

Un tomo en folio imperial.

Manuscrito en vitela gruesa.

Encuadernacion antigua.

330
154

Intencio mea in hoc ser
mone est glosare libū
aristotelis. qui dicitur
auditus naturalis. et
secundum vsum glosa
torum dicendum i pri
apio libi octo capitu
la. saltem intencionē
libi vtilitatem. ordinem. diuisionem. pro
positionem. viam doctrine. nomen libi. no
men auctoris. dicam et ego licet plura ex is
tis possint intelligi ex proemio libi. sicut
in subsequentibus ostendemus. Dico q intē
cio sciencie naturalis in summa. cuius in
tencionis iste liber est pars. est cognoscere
causas speciem sensibilium. et causas
visibiles in eis speciebus accidentium. quia
subiectum istius artis non sunt insensibiles sē
sibiles subiectum dico secundum q transmutantur de se. idest secundum q habent
de se principium motus et quietis. et intē
cio huius libi est cognoscere de istis causis
communes omnibus rebus naturalibus
scilicet materiam. formam. finem. et agen
tem. et cognoscere causas primas ex hoc
q est possibile sciri in hac sciencia. sicut ma
teriam primam. et mouens primum. for
ma autem prima et mouens primum a
methaphisico considerantur. et considerācio
in consequentibus communibus omnib⁹
rebus naturalibus sicut tempore loco et
eis simulia est inquisicio naturalis. Vtili
tas eius est pars vtilitatis sciencie specu
latiue. et declaratum est in sciencia consi
derante in operacionibus voluntariis. qd
esse hominis secundum vltimam perfec
cionem ipsius et substancia eius perfecta
est ipsum esse perfectum per sciencia spe
culatiuam. et ista dispositio est sibi felici
tas vltima et sempiterna vita. et in hac
sciencia manifestū est q predicatio nomis
hominis perfecti a sciencia speculatiua et
non perfecti siue non habentis aptitudinē
q̄ perficiatur est equiuoca sicut nomē ho
minis predicatur de homine viuo et de ho
mine mortuo siue predicacio hominis de
racionali et lapideo. et q̄ h⁹ consequitur q̄
cionem sciencie speculatiue de moralita
tate virtuosa. q̄m scientes istam sciencia
q̄m erūt secundum ordinem naturalem

intencio sciē naturalis

ma. prima et mouens primum

sciētes sciāz eā erūt z̄m ordinē naturalem

oportet eos de necessitate esse virtuosos in omnib⁹
speciebus virtutū moralium. que sunt iustitia. ab
stinencia audacia sublimitas. bonitas. ve
ritas fiducia et alie de virtutibus hominis. et
declarantur. Alexander in primo huius libi
q̄o sequitur scia harū virtutū ad sciēciam
speculatiuā. quia q̄ nouerit sapiens parui
tatē vite sue et p̄petuitatē sempiternā t mo
tū continuū. et q̄ p̄portio siue vite ad tēpus
sempiternū est sicut punctū ad lineā nec fi
nita ad infinitū non proportionabit p̄uā vitā
et tunc erit audax ex necessitate. et similit
q̄ nouit q̄ mors est ex necessitate. plesume
materie et p̄ue q̄ sz perfectionē humana
nā et dubitat q̄ a p̄fectione expolietur. tūc
non est mirū si aliq̄n eligit mortē p̄ vita
sicut fecit Socrates eā athenien sibus. q̄ vi
opinetur de socrate q̄ nō fuerūt ei declara
te vie discipline cōes et p̄ue: q̄ voluit am
bulare i via p̄ua p̄lōz. et similiter q̄ sci
erit q̄ p̄fectionē habere non pōt erit ei m
mors p̄eligenda super vitam et manifes
tū est q̄ q̄ sapiens dubitauerit nō esset p
fectus q̄ audacia eius non erit nisi i acqui
rendo hanc perfectionē. Iterū oz sapientes
ee iustos et abstinentes. iusti q̄ scierint
naturā iustitie existentē in substancia rez.
tunt amant. similan illi nature et acquir
ir illam formā abstinentes q̄ sciēnt in
dignitatē voluptatū q: nō sit de dispositi
onibus necessariis in ee hoīm nedū de p̄fec
cionibus ipoz. sed sit de superfluis in necessitate
materie de seipsis ejiciant voluptates om
nino et erūt abstinentes et manutenebūt
legres diuinas. et imitabuntur ordines na
turales et manifestū est q̄ debēt ee boni t
liberi. q: vilipendūt pecuniā q̄ sciāt essen
cie pecunie vilitatē et q̄ studiositas in ea
est vnū de desideriis p̄ter naturā. similit
debēt esse sublimes et amantes veritatē i
operationibus et dictionibus ipoz cū aliis
consequentibus eis ex virtute humana. Si
autē dicatur q̄ esse non testatur super hoc
q: plures sapientes huius artis huius tē
pons non sunt tales d̄z q̄ h⁹ accidit eis p̄
dispositionē imaturalē in hac cōmun
tate. et ista dispositio est declarata q̄ ex̄a
tantibus in disciplina p̄ficiēr. et signū
super hoc q̄ accidit eis res ex̄ naturam ē q̄d
inuenimus. Alexandrum et alios dicentes. q̄d

ipm ee per fectum per suam spe culatiuam

Qū nouerit sapiens parūtatem vite sue

Non mirū si eligit mortem p̄ vita

Abstinentes eā sciuerint nādignitatē voluptatū

Propter dispositionē mnaturalem

CONSEJERIA SEVILLA

Sapientes hui⁹ temporis

sapientes vutuosi fuerunt in tempore suo: sapientes vero tēporis huius qr a cōitate gr̄ē aū viles hītur·et primapes qvistimant q ñ sunt digni regere auitatem·neq; digni sint esse conū seartaiq; et ꝓxymi·sapientes tāc qv istimant q hec vilitas qv saenaa accident eis et ꝓpter hoc declinabit dispoſiao quam natu raliter a sāa habuerūt a dispoſiaone opmo nis istius·et declinant vliter ad voluptates et accidit eis dispoſiao qt̄ nām ī tñ q non sī digni cē pars aiuitatis·t hꝰ dispoſiao plicꝫ dialecticas aducīt·gr̄ē scdm nām sāe sequū tur eos oꝫ vututes·t scdz accidēs sequūtur eos viaa ꝓp soaetatē hoim tpis huiꝰ Ordo autem huius libi ē p̄miꝰ librorꝫ positorꝫ ab Aristotele ī sāa nāli·q; res nāles diuidunt² ad diuisas nās·t qū diuisificāt² ī eo qd ꝓpriū est vnauq; conū coīaunt etiā in rebus coībꝰ qvistentibus in eis·et ꝓpter hoc diuiditur cō sideraao huius artis in duas partes p̄ma est consideraao in rebus coībus oībus rebꝰ nālibus·scda est ꝙsideraao in rebus ꝓprijs vnauq; gr̄eneū nārū diuersarū·et ista ps scda diuiditur scdm numeū diuersorꝫ gr̄enerꝫ et ꝓp hoc fuerūt libi posita ī hac ptē plēs si aut accidit ī logica et ī alijs ptibus speculatiuis·Cause autē q̄r ps cōis ē p̄or ptiꝫ prio prius sūt tres in hijs artibꝰ p̄ma ē q cōe ē nobis nāliter·ꝓprio apud nos·scda q rē ī dis aplina non erit plies itemtū·tertia q ꝓpōnes vsitatr ī hꝰ essent p̄me t ꝓpue·D·gr̄ē q demō strat in triangulo āgulos cē cēles duobus rectis demōstrat hꝰ ꝓpōnes primas q autē demonstrat hꝰ in triangulo diuersoꝫ lateꝝ ul' cēliū lateū·tūc ꝓpōnes q̄bus vtatur non erūt p̄me·similiter qui demōstrat essenaā p̄me materie homīs ul' aīali vel alijs rebus ꝓpriaibꝰ ꝓpter hoc oꝫ ꝓponeit ꝓtē cōem ꝓpue sicut libꝝ priorꝫ·et libꝝ ꝑhermenias aū posteriora et dialecticā et alias·Diuisi ones autē huius libi sunt octo sermones et quilibꝫ sermo ptitur ī ptes maiores et mmores·et maiores in mmores ꝓpantur et nos narrabmꝰ istius ptes in pemo cuꝰ libet sermonis·proporao eius oībꝰ saēaꝫ speculatiuis·scilicet qpaao sāe nālis ē scdz porraonē ptis ad totū·q; sāe speculatiue sūt duobꝰ modis·vnꝰ numeratur ꝓpter ey eraaū·et ē sāa nālis et diuīa·ꝓporao autē istius libi ad sām nālē ē sicut ꝓporao ele mentoū ixi ad ixm·qua iste liber comprehē dit res que sunt sicut primapia et radices vni nersales illoū in quibus vult alloqui natu ralis·via doctrine huius libi sunt species doctrine vsitate in hac saenaa·et sunt modi oīm disaplinaū·scilicet tres modi demon stinaoū·scilicet sigm et demonstinao cau se·et demonstinao simpliciter·q̄us signū et causa sit plus vsitata in hac saenaa·et aliq̄ est vsitata demōstinao simplic̄ t ma neries discipline diuisioīs t diffinraonis en thymematis et inductionis·qua vnus isto rum quinq; vtitur arte demonstriua scdz modum datū in posteriorib⁹·sed vsus q⁹ vtitur enthymema et inductio est alius ab vsu quo vtitur rethorica et dialectica·s̄ nom huius libi est auditus naturalis·suc ser mo naturalis·sed qum accidunt sermoni q audiatur mutatū est loco sermonis au diti⁹ scdm mutaaonē et alternaaonem ꝓpter delectaaonē et exercitatē exīs tem in verbis mutatis scaundū q declaratum est in rethoricas et appropriatur hoc nomē q̄us sit cōe arti huic·q; iste liber est prima pū et indq̄ totius istius artis·et vocatur ps nomīe totius·qua est in potencia oīes partes sicut elementū est in potencia oīa gnāta ex eo·s̄nomen auctoris est·Aristote les filius s̄phronisci sapientissimus gr̄ē coū·qui posuit alios libros in hac arte et in logica et in metaphisica et ipe inue nit et aplevit has tres artes·īuenit q; q̄d inueniuntur scripta ab antiq⁹ ī hac sāa nō est dignū q sit ps artis huius nec pū apū nec ābiguitas etiā·nedū q p̄incipia cent·oplevit q; nullꝰ cor q̄ scaia st' eū usq; ad hꝰ tpꝰ qd est mille et quingētor annor michil addidit nec īuenit in eius verbis er rorem alicuius q̄titatis·et tale virtutem esse in īduiduo vno miraculosum et exē neum exīstit·et hec disposiao quin in vno homine reperitur dignus est esse diuinus magis q̄ humanus·et quin nos comple uimus capla precedenaa ad hunc libū et compendiose exposuimus illi qui vult intelligere verba libi huius·ad exponē da verba libi iam debemus transire·

Res nales diuidūt ad diuersas nās

Cause q̄re ps cōis est p̄or ptiꝫ ꝓprijs sūt tres

Diuisiones huiꝰ libi sunt octo

Saenaa nālis et diuina

tres modi demonstraationum

nome huiꝰ libi est auditꝰ nālis

no⁹ auctoris ē aristoteles filiꝰ nichomachi

tale virtutem ee in vno in diuiduo

Doniam quidam intellegere et scire contingit circa omnes scientias: quarum sunt principia causse et elementa ex horum cognitione. Tunc enim opinamur cognoscere vnumquodq; quum causas primas cognoscimus et principia prima et vsq; ad elementa. Manifestum quidem q̄t et que sunt circa principia scientie que de natura est prius determinare tentandum.

principia et elemēta

nōniam dispositio scientie. et certitudinis in omnibus vijs habentibus principia. et causas et elementa: non acquiritur nisi ex cognitione istorum Credimus enim vnaquaq; rerum ipsam scire: cū scierimus causas eius simplices: et prima principia eius: donec perueniamus ad elementa eius. Manifestum est q̄ in scientia naturali etiam oportet primo querere determinationem principiorum eius C. j

Incipit hunc librum a causa propter quā fuit consideratio huius scientie in cognitione causarum rerum naturalium: et dixit: cum dispositio idest quia declaratum est in posterioribꝰ q̄ dispositio scientie certe in omnibus artibus demonstratiuis considerantibus de rebus habentibus vnam quatuor causarum: aut plures vna aut omnes non acquiritur nisi ex cognitione causarum. et non intendebat per scientiam et certitudinem nomina synonyma: quoniam nomina synonyma non vtuntur in doctrina demonstratiua. sed intendebat dispositionem scientie certe et est scientia perfecta. Scientia enim alia est perfecta et est illa que est per causam: alia est imperfecta. et est illa que est sine causa. et intendebat per vias artes speculatiuas. que dicuntur vie. quia considerant in eis vadit a determinatis rebus ad res indeterminatas. et per res terminatas. et dixit principia aut causas aut elementa. quarum speculatiuarum aut suarum partiū sunt quedam que considerant de rebus simplicibus carentibus principijs et hec est dispositio scientie considerantis de primis principijs cuiuslibet entis. et dixit principia. aut causas aut elementa propter diuersitatem modorū quatuor causarum. et intendebat per principia in hoc loco causas agentes et mouentes et per

nōia synonimā

dispositio scientie

causas: fines et per elementa causas que sunt pres scilicet materiam et formam et q̄ hic vtatur hoc nomine principium prue et similiter hoc nomine causa: quia sunt nomina synonima q̄ vsitentur cōmuniter. et sicut michi videtur ex posuit ipse Alex. et intendebat. Aristotelē per hūc sermonem docere q̄ non omnes artes considerāt de omnibus causis. sed quedam considerant de causa formali tantum. scilicet mathematice. et quedam de tribus causis scilicet motore et forma et fine et est scientia diuina. et quedam de quatuor causis. et est scientia naturalis. et quia hoc non fuit manifestum in hoc loco: induxit sermonem in forma dubitationis et d. habentibus principia. aut causas aut elementa. idest quoniam idem sequitur siue ponatur q̄ illa res habeant principia agentia. aut finalia. aut elementalia. aut omnia. et impossibile ē ut hec coniunctio aut sit sicut copulatiua nā dispositio certe scientie inuenitur in rebus habentibus causas quasdam per scientiam illarum causarum. sicut inuenitur in habentibꝰ omnes causas. et cum posuit hanc propositionē induxit testimonium ad verificandum illam q̄ fuit induxit in posterioribꝰ analeticis: et d. credimus enim in vnaquaq; rerum ꝛc. et signum eius quod dicimus q̄ dispositio scientie certe de aliquo non acquiritur nisi ex cognitione cause eius est. cū omnis qui dicat se scire aliquid. non dicat hoc nisi quando sciuerit illud per suas omnes causas propinquas et remotas et hoc inuenitur in omni qui aliquid scit in veritate. aut secundum existimationem et q̄ in ista propositione conueniunt omnes considerantes adeo q̄ etiam sophiste ut dixit in posterioribus. D. d. cum scierimus causas eius simplices et intendit ut videtur causas existentes in re primas non compositas et sunt prima mā. et vltima forma. que ēt sunt preter primam materiam et vltimam formam cuiuslibet rerum naturaliū: sūt materie cōposite: et forme exposite. D. d. prima principia. et intendit hꝰ ut videtur p̄ prima principia primas causas q̄ sūt extra rem scilicet primum agens et vltimum finem oīm rerum. D. d. donec perueniamus ad elementa eius. et intendit hoc per elementa causas existentes in re propinquas et essentiales. et innuit per hoc quod dixit q̄ doctrina ordinata est incipere a cognitione causarum primarum rei cognoscende per

Principiū et causa

Scientia diuina

Res q̄ habent principia agentia

Conueniunt oēs considerantes

Per elemēta causas existentes in re propinquas

Donec pueniat ad causas propinquas

parfecte Deinde intendere ad cognitionem aliarum causarum remotarum secundum ordinem: donec pueniatur ad causas ꝓpinquas. et secundum hoc vocatur hoc nomine causa et elementum alio modo ab eo qui vsus est ibi prius secundum suum motum in habendo modicam solutudinem de nominibus. et quum posuit hanc maiorem ꝓpositionem in hoc sermone scilicet Dicentes q̃ scientia certa de rebus habentibus causas et elementa non acquiritur nisi ex cognitione causarum et elementorum eorum: dimisit minorem propositionẽ et minorem conclusionem quam intendit per hunc sermonem: et dixit manifestum est q̃ in scientia naturali idest manifestum est. quoniam ex hoc sequitur q̃ qui vult largiri scientiam de natura oportet ipsum prius querere determinationem causarum rerum naturalium habentium causas et elementa. et iste sermo componitur sic. omnia naturalia habent causas et elementa. et omnia habentia causas et elementa non sciuntur nisi ex cognitione causarum et elementorum. ergo omnia naturalia non sciuntur nisi ex cognitione suarum causarum et elementorum. Quata est autem via ex notioribus nobis et certioribus inchoata nature et notior: non enim sunt eadem nobis nota et simpliciter. vnde quidem necesse est secundum hunc modum procedere ex intentionibus natur. nobis autem certioribus inchoata natura et notiora

Largiri scientiam de natura

Non sunt eadem nobis nota apud nos

et via ad illa est de rebus notioribus et manifestioribus apud nos ad res que sunt manifestiores in natura. Illa autem que sũt cognita apud nos non sunt illa que sũt cognita simpliciter. Et ideo necesse est ut per hãc viam et veniat de rebus que latentiores sunt apud naturam et manifestiores apud nos ad res que sunt manifestiores et notiores in apud naturam. Et ꝙ

Declarare viam inducentem

um declarauit q̃ oportet naturalem largiri cognitionem causarum et elementorum: incepit declarare viam inducentem ad cognitionem causarum rerum naturalium. scilicet naturam demonstrationum largientium causas rerum naturalium. t. d. et via est ad illa. id est et via inducens ad cognitionem causarum rerum naturalium est de ꝓpositionibus acceptis ex rebus posterioribus in esse. que sunt notiores et manifestiores apud nos. ad conclusio

mod' demõstrationum apud nos

naliter in mõ de scito apd nos ad ignotum

oz ipm considerare de hoc ex reb' cogtis

compõita sit ꝓmo cogita apud nos

nes priores in esse que sunt notiores et manifestiores apud naturam. et latentiores apud nos; et est modus demonstrationum qui dicitur signum. et cum declarauit naturam demonstrationis qua vtitur in hoc causam dedit: et dixit illa enim que sunt cognita apud nos scilicet et causa in hoc q̃ via per quam utitur in hac scientia debet esse a rebus posterioribus in esse ad priores esse. quia illa que sunt cognita apd nos in rebus naturalibus non sunt illa que sunt cognita simpliciter: idest naturaliter. qd est continuum in mathematicis: illa enim que sunt cognita in illis simpliciter: et sunt cause priores in esse sunt cognita apud nos. quia igitur naturaliter innotescimus de scito apud nos ad ignotum. si contingent ut notum apud nos sit notum apud naturam. tunc demonstrationes date in hac scientia erunt demonstrationes cause et esse. et si contingent ut nota apud nos nõ sũt nota apd naturã q̃ sũt priora in esse. sed posteriora. tunc demonstrationes date in hac scientia erunt de numero signorum non demonstrationes simpliciter. et quum notificauit q̃ via in hac scientia est maxime a rebus notis apud nos et intendere res notas apud naturam. et ignotas apud nos. et q̃ impossibile est aliter intendere in hac scientia. incepit declarare q̃ per hanc viam oportet in hoc libro ire. scilicet q̃ oportet ipsum considerare de hoc q̃ rebus cognitis apud nos procedendo ad res cognitas apud naturam que sunt cause quesite. et. d. et ideo oportet nos ire. Deinde demonstrauit que sunt illa que sunt cognita apud nos et latentia apud naturam et que sunt illa que sũt cognita apud naturã et ignota apud nos

unt autem primum nobis manifesta. et cetera confusa magis: posterius autem fiunt ex his nota elementa et principia nobis diuidentibus hec

t illa que primo sunt apud nos cognita et manifesta: sunt mista. scilicet cõposita propinqua. deinde in posterius efficiunt nobis ex istis elementa et principia manifesta Et

Et tat et illa que sunt cognita apud nos primo de rebus naturalibus sunt composita causata ab elementis. et illa que sunt ignota apud nos naturaliter sunt cause compositorum. sed possibile est ex rebus compositis. idest ex consequentibus earum cognoscere causas. adeo q̃ ex hoc erunt note ille cause ex

quibus componuntur. cause autem sunt noaores apud naturam. quia natum fuat composita q causis. vnde videtur q cause sunt noaores apud illam sicut est dispoſiao in rebus artificialibus cum artifice. scilicet q cause sunt cognoaores apud illum. si igitur nos agerem⁹ res naturales. tunc cause essent noaores apud nos sed quia nos non habemus agere eas. ideo dispoſiao in eis apud nos est contraria dispoſiao ni in rebus artificialibus

cause sūt noaores apud naturam

nde ex vniuersalibus in singularia oportet procedere. totum enim secundum sensum noaius est. vniuersale autem totum quoddam est. multa enim comprehendit ut partes vniuersale

totū enī vn̄ sensū noaius est

t ideo oportet nos intendere et procedere de rebus notis vniuersalibus ad particulares. vniuersum enim noaius est in sensu: et vniuersale est aliquod vniuersum: vniuersale enim continet res plures tāq; partes · C · iij

oz nos proceder in doctrina

um declarauit q causa ꝓpter quam debemus ire in hac scientia de posterioribus ad priora est: quia semper debemus ire de illo qd est notum apud nos ad illud qd est ignotū apud nos. nam⁹ q propter hanc causam scilicet ire de noaioꝝ apud nos ad latenciaꝰ oportet imꝑer in ordine doctrine a cognitiōe causarum vniuersaliū et antecedentium illi⁹ et dixit: et ideo oportet procedere ꝛc̄. idest et causa ꝓpter quam fuit necesse ut demonstraciones huius scientie fuerunt signa et est ire de noaioꝝ apud nos ad latenciaꝰ oportet nos etiam procedere in doctrina de rebus vlibꝫ ad particulares et intendit per vlia vniuersalissima que possunt inueniri in istis rebꝫ rerum naturaliū. scilicet de causis et accidentibus. quoniam q̄to magis vniuersale fuerit cōe⁹: tanto magis continebit. et ex hoc sermone declaratur q intencio istius libri est loqui de rebus vniuersalibꝫ communis ōnibus que constituuntur per naturam. et quum d. particularia: non intendit mediua sed vltimas species: aut illa que sunt quasi vltime species et quum declarauit modum ordinacionis doctrine in hac scientia et q oportet procedere de illo quod est magis cōmune ad illud quod est magis ꝓprium. quia illud quod est magis cōmune est noaius. quemadmodum via demonstraciois

ai dicat particularia intendit vltimas spēs

in hac scientia per hanc causam necesse fuit ire de posterioribus ad priora: incepit dare causam ꝓpter quam fuit necesse ut vlē intelligibile vliter fit noaius particulare quod est sub illo et dixit: vniuersum enim ꝛc̄. idest et res vlēs sunt noaioꝝ apud intellectum q̄ particulaꝝ scilicet species quia vlē assimilatur individuo composito. et compositum est noaius apud sensum. idest quemadmodum igitur istud vnum sum quod est noaius apud sensum quod est primapium fidei q̄ simplicia que sunt cause illius vniuersi. scilicet demonstrati: et similiter vlia sunt noaioꝝ apud intellectum q̄ ꝓpria. vniuersale enim est aliquod vniuersum q̄ contineat multa quia igitur ita se habet ad intellectum: sicut compositum particulare ad sensum: ideo dispoſiao vlis apud intellectū est dispoſiao particularis apud sensum. causa igitur in hoc q vie demonstracionum in hac scientia sunt de compositis ad simplicia. et in hoc quod primapium doctrine est de rebus vlibus Et quoniam vniuersum demonstratum est noaius apud sensum q̄ partes eius et vlē est noaius apud intellectum q̄ ꝓprium et cum declarauit q vlē assimilatur vniuerso composito demonstrato: dedit modum similitudinis et dixit. vniuersum enim continet multa sicut partes: vlē. n. continet multas species que sunt sub eo: et sunt partes rerum compositarum individualium.

Vniuersale cōtinet multas species

ustituent autem idem quodammodo hoc et nomina ad inaoneꝫ. totum enim quoddam et indistincte significat: utputa circulus: diffinicio autem ipsius diuidit in singularia. Et puerum p̄mum appellant omnes viros patres et matres feminas posterius autem determinant horum vnum quodq;

Puer omne virū existimat esse patrem

t iam addit hoc idem quo-quomodo in nominibus apud diffinicaones: significant enim aliquod vniuersū non determinatum. verbi gracia: hoc nomen circulus: diffinicio eius distinguit per particularia Et puer existimat i pū apiō omnem virum quem videt esse patrem eius: et omnem mulierem esse matrem et deinde in postremo distinguit: et determinat vtrumq; C · v ·

um declarauit causam ꝓpter quā vlē est noaius particulare. quod est sub eo: incꝑ

docare quod ꝓpter hanc causam illud quod sigm
ficat nomen est notius apud nos ꝙ̄ illud quod
significat diffinitio saltem apud intellectum: et
dixit: et accidit similiter hoc idem ꝛc̄: idest ꝓpter
hanc causam accidit similiter eis que signifi
cant nomina apud illa que significant diffi
nitiones. saltem quoniam illa que significāt
nomina sunt notiora eis ꝙ̄ que significant
diffinitiones Deinde dixit et significat aliq̄d
vniuersum ꝛc̄. idest et causa in hoc ꝙ nomīa
sunt notiora diffinitionibus est quoniam no
men significat aliquot vniuersum et est species
nominata. et illud vniuersum non est distinc
tum: ut hoc nomen circulus quod significat
vniuersum non distinctum: diffinito vero eo
que est figura circularis intra quam est punc
tus a quo omnes lineę exeuntes ad circūferen
tiam sunt equales. est vniuersum distinctum
et determinatum per elementa ex quibus cō
stituit̄ circulus. scilicet genus et differentia. et
hoc intendebat et quum dixit determinatur per
particularia. vocat enim elementa species et
causas particularia in respectu vniuersi. et
dixit quoquomodo: quoniam illa que signi
ficant nomina scilicet nomina specierum as
similantur vniuersali in quantum continet
causas ex quibus constituitur species: et dif
fernnt ab eo in eo ꝙ vlē continet species. vni
uersale igitur est aliquod vniuersum specie
rum: et illud quod significant nomina est
aliquod vniuersum in causas ex quibus cō
stituuntur species. vniuersum vero in re veritā
te est indiuiduum compositum demonstratiū.
et similiter partes in veritate que sunt ꝓtes i
diuidui: et sunt ille de quibus dixit ꝙ sūt no
tiores in sensu ꝙ̄ cause. et hoc ꝙ istud vniuer
sum est notius apud sensum causis. est causa
in hoc ꝙ vniuersa intellecta sunt notiora ap̄d
intellectum ꝙ̄ sue partes intellecte. sue ille ꝓ
tes sunt species aut cause. et similiter hoc est
causa in hoc ꝙ res posteriores in esse scilicet.
accidentia sunt notiora apud nos ꝙ̄ cause. Et
quaert aliquis ꝙ hoc quod dixit: et illa que
sunt apud nos euidentia ꝛc̄. et hoc quod dixit
post et accidit hoc idem in nominibus apud
diffinitiones sunt idem: quoniam impossi
bile est ipsum intelligere per res multas com
positas indiuidua demonstrata. quum ex isti
non procedatur ad elementa et principia in
tellecta non cum sunt partes syllogismi ꝛ

sed proceditur ad illud ex specie composita nō
ex indiuiduo. ergo ista est dispositio specici ap̄
suas causas: et dispositio eius quod significāt
nomina apud illud q̄d̄ significant diffinitiones
quomodo igitur ponuerit hic alium modum
Ad hoc autem dicamus ꝙ in primo sermone
fecit comparationem inter species et suas cau
sas secundum fidem: et dixit ꝙ species compo
site apud nos sunt notiores suis causis: et ꝙ
ex istis speciebus procedimus ad cognitionem
causarum mediantibus accidentibus existen
tibus in eis. in hoc autem sermone fecit cōpa
rationem inter species et causas suas secundū
imaginationem. et dixit ꝙ illud quod signifi
cant nomina sunt notiora apud nos ꝙ̄ illud
quod significant diffinitiones. Sunt igitur
tres modi compositionis scilicet compositio spe
cici ex suis causis et compositio generis ex spe
ciebus: et vtraq; istarum compositionum ē no
tior apud intellectum ꝙ̄ partes. Tertia autem
compositio est compositio indiuidui ex suis p
tibus. scilicet que sunt secundum sui qualita
tem et ista compositio est notior apud sensū
ꝙ̄ partes. et ex eo ꝙ ista compositio est notior
apud sensum: ideo illi duo modi compositio
nis sunt notiores apud intellectum: et ideo
non est remotum ipsum intelligere per hoc
quod dicit: et illa que sunt apud nos mani
festa sunt. mixta compositi secundum duos
modos compositionis. scilicet compositionē
indiuidui et compositionem speciei. indiuidu
um enim compositum licet non sit principiū
in doctrina demonstratiua tamen est principi
um acquisitionis vlis quod est principiū doc
trine demonstratiue. et quum declarauit ꝙ cō
mune est notius apud nos ꝓpter quemad
modum compositum est notius simplicib⁹
suis dedit testimonium super hoc et dixit: et
puer existimat ꝛc̄. idest signum eius ꝙ com
mune est notius apud nos naturaliter quū
ꝓtium est: quia videmus comprehensionē
communem precedere tempore i infantibus pro
priam comprehensionem. infans enim in
principio comprehensionis existimat omnē
virum esse patrem: et omnem mulierem ē
matrem. et cum vigoratur intellectus suus
cognoscat patrem inter ceteros suos et ma
trem inter ceteras mulieres.

Istud igitur ē ꝓpositū lib⁹ et quanet ītentionē
et ordinē eius. et modū doctrine demōstratiue

Linee exeuntes ad circūferentiam

Tres modi compositionis

Indiuiduū cum apōitū

Infans existimat omnē mulierē esse matrem

Species continet species

Species sunt accidentia

Illa que significant nota sunt notiora eis

ꝓmo fecit comparationē inter species

Ctelle est autem: aut vnum esse primapium aut plura. et si vnum aut immobile si aut diaut parmenides t ale lissus: aut mobile sicut phi sia. In quidam aerem asserentes esse: alij vero aquam primum primapium. si autem plura. aut finita aut infinita. et si finita: plura autem vno. aut duo. aut tria. aut quatuor. aut secundum aliquem alium numerum. et si infinita. aut sic est sicut dixit Democritus genus vnum figura á democrit gen vnū
specie differentia aut contraria

t oportet necessario: ut primapium sit vnum. aut plura vno. Si vnū aut immobile ut dixit parmenides t Me lissus. aut mobile ut diaut naturales. quidam enim diaut q primū primapiū est aer: quidam autem aqua. Si vero pri apia fuerint plura vno: aut erunt finita aut infinita Si igitur fuerint plura vno. sed finita. aut erunt duo. aut erunt tria aut quatuor. aut alterius numeri necessario quocunq; sit. Si autem infinita: á erunt sicut dixit Democritus eadem in ge nere. sed in figura et in forma diuersa: á erunt eum hoc contraria C. vj ~

Imito prologo incepit persequitur de pri apijs cōmunibus omniū rerum et dixit t o ne cessario secūm naturam diuisionis vt primapi um existens in re sit vnum aut plura vno t si aliquis ponerent primapium esse vnū. aut erit non transmutabile ut diaut parmeni pmendes et melissus
des et melissus qui diaut non naturaliter. qui negant transmutationem et motum aut transmutabile ut diaut naturales. s. qui naturaliter loquuntur et secundum na turam diuisionis debeant dicere. et si vnum aut erit finitum. aut infinitum ut diaut parmenides et melissus. sed innuit hanc di uisionem pluriū primapiorum finita et infinita et dixit: ut diaut parmenides et melissus. idest si imaginata fuerimus q p menides et melissus vtantur hoc nomine ens pro primapio. isti enim non dixerunt ens esse vnū im
primapium esse vnum immobile. sed ens ē mobile
vnū īmobile. Et sic pōt quis intelligere ip sum ens non primapium entis et est cōue nientius ut dicit post. quoniam si vtunt hoc nomine ens pro primapio. tunc non possunt dicere ens esse vnum quoniam pri apium habet in se duo: ipsum primapium: et illud cuius est primapium et sum modus quos possunt dicere: qui dicit pri apium esse vnum: reuertitur est etiam ad numerandum omnes modos quos potest dicere dicens primapia esse plura vno. saltz primapia que sunt in re. et dixit. et si prima pia fuerint plura vno ꝛc. idest quoniam si fuerint finita necessario hūt numerū deter minatū Deide dixit t si infinita ꝛc. a. t si infini ta á erūt eadem in genere diuersa in forma et figura. aut diuersitate contraria. aut nō contraria. saltez infinita aut erunt eadem in specie. diuersa in quantitate ut dicebat Democritus sed innuit hoc cum dividens per primum. ut est suus mos in abbreui atione multitudo enim aut est rerum secū dum formam. aut secundum quantitatē et has duas multitudines dixerunt anti qui de primapijs. et tacuit diuisionem plu rium primapiorum in motum et in quietē. nullus enim dixit plura primapia quiescen tia esse. aut qua contentus est hac diuisiōe in primo primapio.

Similiter autem querunt. et que sūt querentes quot sunt et quibus sunt que sunt: querunt primum hoc: vtrum vnū aut plura sunt: et si multa. aut finita aut infinita: quare primapium et elementū querunt vtrum vnum aut multa

t eodem modo querunt illi qui que runt de entibus quot sunt primus et q̄ perquirentur de illis ex quibus sūt ea Primus est pscrutari ex quibus sunt
quia perquirantur de eis vtrum sint plura aut vnum. Et si plura: vtrum finita á infinita: et sic est perscrutatio eorum et de primapio et de elementis vtrum sint vnum aut plura ~ lij ~

t in hunc modum inquisitionis di uiditur perscrutatio eorum qui perscrutant de entibus quot sint. et sunt illi qui vtuntur hoc nomine ens pro hoc nomine primapio. existimant enim primapia esse essentia. q̄a solummodo perceperunt materiale primapi um et non formale. quare non fecerunt dif ferentiam inter primapium et ens. isti enim perscrutantur de entibus vtrum sint vnū aut plura: quia intendunt per hoc nomē ens primapium: et sic perscrutatio eorum Perceperunt materiale primapium solum

Persantantur ꝑmo de entib⁹ vtrũ sint

Geometra nõ habet disputatiõem negante ꝑmapia

Vnũ et immobile

m nichilo differt a persantiatione de elementis vtrum sint vnum aut plura. quum non differant nisi in voce tantum. Deinde dicit. quoniam cꝫ hoc ꝙ persantantur de illis cꝫ quibus ꝛc̃. idest quomam ish cꝫ persantatione sua de rebus que sunt ꝑmapia enũ. persantantur primo de entibus vtrum sit vnum aut plura. et si plura. vtrum finita aut infinita. et sic persantatio eorum de ente vtrum sit vnum aut plura. eadem est ea persantiatione de ꝑmapio aut elemento: vtrum sint vnum aut plura

negat ꝑma pia ꝙ ponit naturalis

log' ai hõib⁹ ꝑtinet ad alia sa

O quidem igitur si vnum et imobile sit qd est intendere non de natura est intendere Si aut enum groneta non amplius ratio ẽ ad destruendum ꝑmapia sua. Sed aut alterius est facultatis. aut omnibus cõmunis: sic neq; aliam de ꝑmapijs. Non enũ amplius ꝑmapium est. si vnum solũ. et sic vnum est. ꝑmapium enim annulsũ aut quodãmodo est

t dico nunc ꝙ consideratio de ente vtrum sit vnum imobile: non est consideratio naturalis Quemadmodum igit groneta non habet disputationem eã cõ qm negat ꝑmapia gronetre. Sed loqm de hoc spectat ad aliam facultatem a gronetria aut ad facultatem cõmunẽ omnibus facultatijs Similiter naturalis nõ habet loqui m ꝑmapijs an sint. Nõ enim est hic ꝑmapium omnino si fuerit vnum tantum: et fuerit huiusmodi vnum. ꝑmapium enim est alterius ꝑmapium aut aliquorum. C. vm:

dicat ens esse vnũ et imobile

um dicit ꝙ illi qui vtuntur hoc nõe ens pro ꝑmapio non differt persantiatio eorum. scilicet vtrum ens sit vnũ aut plura a persantiatione eorum qui persantiantur. Vtrum ꝑmapium sit vnum aut plura. incipit dicere ꝙ illi qui vtuntur hoc nomine ens pro ipso ente. et non pro ꝑmapio dicentes ipsum esse vnum et immobile. multũ distant ab eis qui vtuntur hoc nomine ens pro ꝑmapio. consideratio enim istorum est naturalis. illorum vero non naturalis. et dicit. et dico nunc ꝛc̃. idest consideratio nũc de ente. vtrum sit vnum aut plura. et mobile aut immobile. qm hoc nomen ens nõ significat ipsum ꝑmapium est persantiatio innaturalis. Deinde dicat causam quẽ

ꝙ negat ꝑmapiũ negat pl'alitatem

admodum igitur geometra ꝛc̃. idest qui dicat ens vnum esse et immobile negat ꝑmapia que ponit naturalis. scilicet naturalia plura esse et mobilia et habentia ꝑmapia. idest cõ posita. nam posito ente esse vnum non erit illic ꝑmapium omnino. et similiter motu ablato non erit illic ꝑmapium mouendi. s. natum. et tamen qui hoc ponit negat ꝑmapia posita a naturali: verum est. ut cum eo non sit disputatio quemadmodũ geometra non disputat cum negantibus ꝑma ꝑmapia gronetre. sed loqui cum huiusmodi hominibus pertinet et ad aliam facultatem aut ꝑmam aut communẽ omnibus facultatijs. scilicet primam philosophiam aut autem disputandi. et dicit similiter naturalis nõ habet loqui de ꝑmapijs. idest similiter aut de ꝑmapijs notis per se non oportet loqui m hac facultate. aut si fuerit: erit alterius a naturali. Deinde dicit: ñ ei erit hic ꝛc̃. idest secundum enim sermonem dicentes ens esse vnum et immobile: non erit hic ꝑmapiũ omnino. neq; causa rerum naturalium. si enim est ꝑmapium est illud quod est ꝑmapium. quare ens non erit vnum. sed plura vno. Qui igitur dicat ens esse vnum et ĩmobile negat ꝑmapia cognitionis et ꝑmapia eius quod est esse et cognitionis. ens enim esse plura et mobile est de ꝑmapijs cognitionis m hac facultate: ea autem naturalia habent ꝑmapia que sunt causa motus et quietis et in eis est ꝑmapium cognitionis et esse hoc igitur nomen ꝑmapium vsitatur hic pro ambobus modis: et exposuit modum in quo sequatur ꝙ dicens ens esse vnum negat ꝑmapium essentie et cognitionis et tacuit modum ex quo contingit dicentia ens esse vnum negare ꝑmapia cognitionis et est pluralitatis et motus. nam qui negat ꝑmapium: negat pluralitatem et motum ꝑmapium enim est causa vtriusq;. et dicit. nõ erit hic ꝛc̃. idest secundum enim dicentem ꝙ ens est vnum intendo simpliciter non erit hic ꝑmapium omnino. qua ꝑmapium exigit compositionem et pluralitatem. et dicere ens esse vnum exigit necessarium: ñ igitur erit hic ꝑmapium si ens fuerit vnũ hoc modo scilicet simpliciter et hoc intendebat qum dicit. et fuerit vnum huiusmodi id est et fuerit simpliciter

Sermo vanus ut dicit est in sophistica

Sillogysm⁹ parmenidis

Quicqd est preter ens non est ens

Non oportet contradicere omnibus

jnule igitur intendit est: an sic vnū
est. et ad aliam positionem quam
libet disputatr. verbi gratia. dicam ut hec
radianam. aut siquis dicat hominem
vnum quod est esse
t persantam de vno si fiant hmoi
modi est simile ad loqui in contradictōe
alterius positionis quecunq; sit positio
nis. que solummodo sunt ex eis q̄ sun
phatr dicuntur verbis ut sermo heracli
ti: aut sermo dicentis eis esse vnū hoīes
ec persantago de entr vtrum sit vnū
aut non vnum aut loqui de hoc smile
est quin loqui et persantari de aliqua po
sitione falsa que nullam habet ratiōē. sed
solummodo dicatur verbis: ut sermo heracli
ti q omnia sunt mobilia aut sermo dicētis:
omnia entia esse vnum hominem demon
stratum. non enim est differentia inter ser
monem dicentis omnia esse vnum et dicen
tis omnia esse vnum equum. aut omnia es
se vnum hominem
ut soluat ingeniosam rationem q
sane varijs quidem habent rationes. t me
lissi et parmenidis etiam similia accipi
unt et syllogizantes sunt. magis autem
inclusi opinio onerosa est et non habens
effectum. Sed vno inconuenienta dato alia
contingunt. hoc autem videtur nichil ē dif
r assimilantur audam ser facile
moni sophistico et hoc inuenitur
in vtroq; sermone. saliat melissi et par
menidis. Accipiunt enim falsa: et q̄ nō
sequntur ex syllogismo Sed sermo melissi
est magis vanus et non est in hoc dubi
um: concessit enim in eo improbabile et
induxit super ipsum reliquos sermones
un dixit q̄ sermo dicentium ens esse
vnum est de genere sermonum factor:
incepit declarare naturam sermonis a quo ac
cepiunt signum dicentes ens esse vnum. sa
liat parmenides et melissus. et dixit. et assi
milantur ꝛc. idest sermo eorum per quem ra
tionantur super hoc q̄ ens est vnum simili
est quibusdam sermonibus sophisticis. et hō
sophisma inuenitur in vtroq; sermone per
quem rationantur ambo. Deinde dixit. acci
piunt. n. falsa ꝛc. idest ponunt enim in suis
syllogismis falsas positiones. et facūt syl
logismum non concludentem. aut simplici
ter aut illud quod intendunt concludere. et talis
est sermo vanus ut dictum in sophistica scili
cet qui est ex falsis propositionibus et ex mala
forma Deinde dixit sed sermo melissi ꝛc. idest
sermo melissi est magis vanus q̄ sermo par
menidis. et non facit aliquam dubitationē
qua concessit in eo propositionē improbabilem
falsam. et est q̄ si ens non generatur non hz
principium. syllogismus eius est q̄ si ens ge
neratur habet principium. Deinde destruxit
antecedens et concluxit q̄ non habet princi
um. et peccauit in destructione cum hoc q̄ p
positio dicens q̄ ens non generatur est falsa.
syllogysmus autem parmenidis est quod
quicquid est preter ens non est ens. et q̄ no
est ens nichil est ergo ens est vnum. iste ea
am non concluxit illud quod intendebat cō
cludere cum hoc q̄ propositiones eius eaā non
sunt vere. quia sunt duplices ex equiuocati
one. conuenit igitur cum syllogismo pme
nidis in hoc q̄ est malus in materia et for
ma: sed dixit in eo. q̄ est minus vanus:
quia proposito minoris in eo non est negatiua
sed est infiniti. et quum propositio minoris est
infinita in prima figura erit concludens.
sed non est ita de negatiua. syllogismus ei
tunc non concludet. et intelligo per prima
tiuam hoc quod dixit. quicquid est preter
ens est non ens. idest non est ens. Intende
bat enim per hoc quod dixit q̄ quicquid ē
preter ens in ea veritate est non ens. t quic
quid est non ens est nichil. et ipe loquetur
post in hoc q̄ iste syllogismi sunt sophistici.
et declarabit corruptionem eorum sicut dixim⁹
obis autem subiectantur que sūt
naturalia: aut omnia. aut quedam
mouen: manifestum est autem hoc ex in
ductione Similiter autem neq; cōuenit
omnia soluere: sed aut quecunq; ex prin
cipijs aliquis demonstratis mentitur: q̄
cunq; vero non minime. ut tetragonis
mum cum quadrato qui per diametros ge
ometrica est dissoluere. illud autē. Anti
fontis non geometrica est
os autem ponamus q̄ omnia na
turalia: aut quedam sunt mobi
lia: et hoc manifestum est ex inductiōe
Et cum hoc non oportet contradicere o
nibus: sed solummodo oportet contra
dicere eis quorum declaratio fundata ē

Sermo per quē ratiocinantur

Quadratura circuli

Quã naturalia quedã sunt mobilia

Vtrũ tota terra possit mouer an non

Non oportet artificem contradicere oĩbus

Portiones cadentes in circulo

super principia: sed sunt falsa: as autem que non sunt talia non vocabi grecca quadratur circuli: que cum sit secundum accidens habet a contradicere Que autem sit secundum antifon non habet geometr

sup qdlibet laterũ triã gulum

um declarauit qd sermo dicens q ens est vnum et immobile non est sermo naturalis. et q naturalis non debet contradicere a: dixit Nos autem ponamus ꝛc. idest. nos autem cum intendimus loqui naturaliter: ponamus primo q omnia naturalia. aut quedam sunt mobilia: et hoc manifestum est q inductione rerum naturaliũ: et dixit: aut quedam preseruando se ab aĩa et formis. est enim dubium vtrum sint mobiles aut non: sed licet non moueantur: tamen non sunt naturales secundum q sunt immobiles. aut dixit hoc quia dubitatur de partibus que sunt apud centrũ terre: vtrum possint moueri aut non: et similiter est dubium vtrum tota terra possit moueri aut non. et cum dedit causam propter quam posuit ista: et est quia considerato eius est naturalis: et q intentio eius prima non est contradicere opinionibus falsis in hac scientia sed declarare substantiaa. et quidditates rerum naturalium. Dedit etiam secundam causam ad hoc et dixit ꝛ̃ hoc non oportet contradicere omnibus. id est et cum hoc si posuerimus q oportet artificem contradicere opinionibus falsis sue artis tantum non omnibus. sed solũ modo debet contradicere eis que concludẽtur a primis propositionibus illius artis: sed cum conclusione falsa: eis autem ĩ quibus est peccatum in ipsis principijs non oportet contradicere. Verbi gratia: quoniã secno eius qui existimauit se quadrare circulum: cum quadrauit lunares figuras que sunt portiones circulorum oportet geometram contradicere ei: quia peccauit ẽ in eis que sunt post principia. portiones enim cadentes in circulo licet sit possibile facere quadratum equalia eis. tamen non sequitur ex hoc facere quadratum equale circulo: nam ille portiones non consumunt circulum per diuisionem. Istud igitur peccatum est essentiale: et geometer debet destruere ipsum. Antifon autem non debet

illud qdratũ erat equale circulo

p vtilitatẽ precedentem

oportet p. in phim

contradicere: quoniam cum iste fecit in circulo figuram equalium laterum et angulorum. et fecit super quodlibet latus trigulum isocelem diuidendo arcus inspicẽtes latera in duo media deducendo lineas ad extrema lateris: et sic fecit in circulo figuram equalium laterum et angulorum maiorem prima: cuius numerus laterum est duplus ad numerum laterum prime figure. et cum fecit in hac figura illud qd fecit in prima: inuenit etiam ĩ circulo figuram aliam maiorem secunda. et existimauit q cum fecerit sic q diuisio non procedit in infinitum. sed perueniet ad figuram equalem circulo. et cum fecit quadratum equale huic figure existimauit q illud quadratum erit equale circulo. sed istud predicatum non est essentiale. quia geometer habet principium. scilicet q diuisio procedit in infinitum. et ideo non debet cõ

cedere quoniam de natura contingentibus

quidam non naturales aut oppositiones. aut defectus contingit ipos dicere. forsitan enim bene se habet aliquantulum disputare de ipsis. habet enim philosophiam hic respectus

cedere quia audit q sermo communis est de natura. et si dubitationes eorũ non sunt naturales. rectum est tamen parum loqui cum eis Consideratio eiũ

de hoc est philosophie

um declarauit q non oportet naturalem loqui de dubitationibus non naturalibus. et voluit loqui cum eis secundũ disputationem propter vtilitatem proueniens ex hoc ei qui incipit in hac arte: incipit declarare causam cogentem ipsum ~~cogentem ipsum~~ ad loquendum de hoc: et dixit: sed quia audit ꝛc. idest sed quia audit istos duobus viris loqui de natura: ut de infinito et infinito et alijs: rectum est loqui cũ eis in istis questionibus disputare. licet non sint naturales: quoniam et si loqui cum eis non oportet naturalem: tamen

oportet primum phim

principium autem maxime oĩum proprium est. quoniam multiplicatur dicatur id quod est Quomodo debet ~~esse~~ dicentes vnum esse omnia: vtrum substantiã omnia: aut quantitatem: a

qualitatem. et iterum vtrum substanciā vnam omnia: ut hominem vnū. aut ens vnum. aut quantitatem vnam aut qualitatem vnam sunt hec: aut album. aut calidum. aut aliquid taliū hec cum omnia differunt multū et sūt impossibilia dicere

t illud quod est primum oīm istorum est istud. quia ens dicitur multipliciter: quomodo igitur dicunt illi qui dicunt omnia esse vnum: vtrum secundum q̄ omnia sunt substancie. ā quantitates aut qualitates: et cā vel omnia sunt vna substancia. verbi gr̄a: vnus homo aut vnus equus ā vna anima. aut omnia sunt quale. ḡ vnū verbi gr̄a. albus aut calidus aut aliud simile. Omnia enim ista multū differunt. et dicere ea ee impossibile est 13

t illud quod oportet prius primarium loquendo de istis omnibus omnibus non naturalibus: est istud. quoniam cum sit notum q̄ ens dicatur multipliciter de decem predicamentis: quod igitur predicamentum significant per hoc nomen ens dicentes omnia entia ee vnum: et verum sit hoc. quia omnia sunt substancie. aut quantitates aut qualitates. idest vnum in substancia. aut vnū in quantitate aut in qualitate: et sic erūt vnum secundum genus. et plura secundum speciem. aut intendunt per hoc quod dicunt q̄ omnia entia sunt vnū. q̄ omnia entia sunt vnū individuum. verbi gr̄a vnus homo aut vnus equus aut intendunt per hoc quod dicunt q̄ entia sunt vnum. idest q̄ omnes qualitates sūt vna qualitas secundum individuum. Verbi gr̄a. hoc album et hoc album. et q̄ omnes quantitates sunt vnum individuum quantitatis. aut aliorum individuorum predicamentorū ista enim que significant hoc nomen ens multum differunt et omnia sunt impossibilia. hoc ē nomen ens aut significat genus. ā vnū individuum numero et quomodocūq; sit ens aut multū. et cum dicit ista ei distāt multū 2ē. intendit. intentiones enī de quibꝰ dicatur hꝰ nomē ens ex istis q̄ numerantur. s. vniuersale et individuū multū dif

ferūt. et vnaquecq; earū est impossibile

Iquidem cum erunt et substancia et quale et quantum: et hoc sine separata ad invicem: sine non multa sūt que sunt: si vero omnia. aut quantum sunt aut quale: sine cum sit substancia: sine quum non sit inconveniens ē Dicere enim inconveniens dicere impossibile. nullum enim aliorum separabile est extra substanciam: omnia namq; de substancia substancia dicuntur

nonam si fuerat hic substancia et quale et quantū sine ista fuerūt distincta ab invicem aut non fuerunt: entia erunt plura. Et si omnia fuerunt quale. aut quantum: sine substancia fuerit aut non fuerit. hoc erit improbabile si impossibile possit dici improbabile Nullum enim aliorum separatur a substancia. salicet exterius per se singulare et distincta. omnia enim dicuntur in subiecto quod est substancia. Exiiij.

Ienim concesserunt hoc esse substanciam aut quantum aut quale: cōsequitur eos entia esse plura. aut secundum individuum si non concesserunt vniversale esse. aut secundum genus et individuum concesserunt ipsum esse et sine ponant ista predicamenta separata ab invicem aut non: sed quedam ex istis existere in q̄busdam ut est verum. et hoc intendebat quum dixit. sine fuerunt distincta ab invicem. ā non fuerunt. et quum declarauit q̄ si cōcesserunt hoc esse substanciam. aut quantū aut quale et vniversaliter plusq̄ vnum predicamentum contingeret eos entia esse plura: incepit etiam dicere impossibile cōtingens eos si hoc non concesserunt. et posuerunt ens esse aliquod exteriorum predicamentorum preter substanciam. nā si posuerunt ens esse in vno predicamento ā ponent eum esse substanciam: aut in alio a substancia. et dixit. et si omnia fuerūt quale 2ē. idest et si posuerunt q̄ per hoc nomen ens intendunt aliquod predicamentorum preter substanciam aut quale aut quantum: sine concesserunt substanciam esse aut non: hoc erit impossibile et improbabile. si impossibile possit dici improbabile contingit eos omnino modo entia esse





eos dicit multiplicat

ꝑ hoc nomen ens dicētes oīa entia ee vnum

os q̄titates sūt vnū indiuiduum

Sine ista fuerūt distincta ab invicē aut non entia erunt plura

Sine fuerunt distincta ab invicem an non

per hoc nomen ens intendūt aliquod predicamentorum

plum. nam si posuerint q̄ omnia sint qualitates tantum. aut quantitates. aut vnum aliorum predicamentorum. tunc aut concedent substantiam esse aut non concedent. si concedunt. tunc entia erunt plura. et si no concedent illam esse. continget illud predicamentum existere per se et separatum. et nullū aliorum predicamentorum preter substantiam potest separatum per se: sed omnia dicūtur ī subiecto. ut declaratum est in categoriis. et cum predicamentum quod intendūt per hoc nomen ens sit in subiecto. ergo entia erunt plura

Continget illud predicamentū existere p se

nudum dua ceterorum ꝓdicamētoꝝ

dunt aliquod indiuiduum ceterorum predicamentorum preter substantiam. aut quantum aut quale. nam indiuidua ceterorum predicamentorum preter substāam. existunt ī īdiuiduis substantie: et sic entia saltem erunt duo. indiuiduum ac cidens. et indiuiduum substantie. nec pit destruere reliquum condividens. et ē ipsum indiuiduum substantie: et dixit aristoteles vero dicat ⁊c. idest et si dixerint q̄ intendūt per hoc quod dicunt q̄ ens ē vnū indiuiduum substantie. tunc sermo eorū destruitur q̄ hoc quod ponunt. quoniam alter eorum dicat ens esse infinitum. scilicet aristoteles. alter dixit finitum. scilicet p menides. et secundum verumq̄ contingit si entia fuerint vnum ut sit quantum tantū Infinitum enim et finitum sunt de differentiis quantitatis. et hoc intendebat q̄ dixit. infinitum enim est collocatum in quanto. Deinde dixit: substantia vero infinita ⁊c̄ idest substantiam autem dicam finitam. aut qualitatem. aut vbi aut aliud predicamentorum impossibile est per se. scilicet. secundum q̄ est substantia aut vbi. sed est possibile per accidens q̄ fuerint posita hic esse aliqua predicamentorum: que cum suo esse proprio habent quantitatem. ita scilicet q̄ quantitas accidat eis secundum hunc modum: igitur dicatur q̄ substantia est infinita. aut finita. idest. secūm q̄ accidit ei q̄ sit quanta. et similiter de aliis predicamentis. et q̄ posuit q̄ infinitum est ꝑ primum quanta. dixit rationem super hoc et dixit. Diffinitio enim infinita ⁊c̄. idest quoniam diffinitio infiniti est quantum non terminatum. quantum igitur est genus infiniti. quia non dicitur in diffinitione entis q̄ est ē substantia. aut vbi. et hoc quod dixit de infinito intelligendum est de finito. Deinde dixit si igitur ens ⁊c̄. dicat. et cum declaratum sit q̄ infinitum predicatur de quāto essentialiter. et de aliis predicamentis per accidens si intendunt cum dicunt q̄ ens est vnum substantia. et quantū. substantia enim non dicitur infinita nisi secundū q̄ est quanta. tunc ens erit duo. nō vnum. scilicet substantia et quantū. secūdum q̄ dicitur ipsa esse finita. aut infini

alter dicit finitū alt infinitum

Substantia infinita esse non contingit

possibile ē ꝑ accidens

Diffinitio infiniti exigit quātitatem

diffinitio ī finiti est q̄tū non terminatum

Non erit vnum sed plura

substantia d̄ infinita 2.m q̄ ē q̄ta

Cxb

um declarauit q̄ hoc nomen ens dicatur de intentione vniuersali et particulari. scilicet indiuiduo. et q̄ si intenderet p illud intentionem vniuersalem. tunc non erit vnum sed plura. et si intendit intentionem particularem. tunc aut erit de predicamento substantie. aut de ceteris predicamentis. et manifestum est. quoniā impossibile est ut ens sit vnum. si intē

tu. et si intendit substanaā tñ. tunc nō dr infinita. neq; habet mensurā ōmo. si em haberet mensurā eēt quanta. et ista condi

si haberet mensurā eēt quāta

ao ē sc̄m sermonē. nō sc̄m rem.

a unpluus qñ et ipm vnī multiplr dicitur quemadmodū. et quod est. intendum est quomodo dicunt vnū ee ō ne. dicitur enim aut continuū vnī aut indiuisibile aut quorum ratio vna. et eadem est. que aliquid erat esse. quemadmodum vapa et vinum.

t etiam quū vnum dicatur multiplr. sicut ens dicatur. Considerandū ē quomodo dicunt totum esse vnum Dicatur enim vnum aut de continuo. aut de indiuisibili. aut de eis quorum ratio que significat quidditates est idem. ut vnum et merum. ~C xbj~

vnū dr de cōtinuo indiuisibili et de eis quoꝝ ratio ē idē

um destruxit propositionem dicentem q; ens est vnum diuidendo omnes intentiones de quibus dicatur ens scandū famositatem quod est subiectum ꝓpositionis incipit destruere eam diuidendo intentiones de quibus dicatur vnum quod est predicatū in ꝓpositione: et dixit. et etiam quū vnum dicatur ⁊c̄. idest et quemadmodum nobis apparuit q; diuisione intentionum de quibus dicatur hoc nomen ens q; ista ꝓpositio non est vera secundum aliquam earum. Similiter apparebit nobis si diuiserimus intentiones de quibus dicatur hoc nomen vnum. et quū dixit hoc. incipit diuidere secundum quot modos dicatur vnum. t dixit q; dicitur tribus modis. quorum vnus est continuum. Verbi gratia. vna linea et vnum corpus et vna superficies. secundus vero est indiuisibile. Verbi gratia. punctus tertius vero nomina que significant idem secundum diffinitionem. Verbi gratia. vinum et merum. et intendit per intentionem que significant. quidditatē. diffinitionem

apparuit ex diuisione intentionū

nota q̄ significant idem

Iquidem igitur continuum est. multa sunt quod est. in infinitum enī diuisibile est continuum. habet autem dubitationem de toto et parte. fortassis autem non ad hanc intentionem. sed ad ipsam et secundum seipsam. vtrum vnum aut plura sunt pars et totum. et si vnum quomodo vnum. et si plura q̄ modo plura. et de partibus non continuis. et si tota vnum vtrumq; est sicut indiuisibile est. quoniam et eadem eadē

vnū ät plā sunt pars et totum

t si semper est. continuū ē ~C~ erūt vnum et multum. Continuum enim diuiditur in infinitum. Sed est hic questio de parte et toto. et si non est humus sermonis videtur existere per se. et est vtrū pars et totum sit vnum aut plura vno secundum quem modum sunt vnū aut plura vno. et partes eciam non continue si quelibet est totus. et vnaquaq; est idē qua non separatur ab eo: ergo necesse ē ut quedam conuenient cū quibusdam ~C xbij~

um dixit intentiones de quibus dicatur hoc nomen vnum. incepit declarare et considerare de vnaquaq; earum vtrum predicatur de ente: et dixit. et si semp est continuum ⁊c̄. idest et si intendunt per hoc quod dicunt q; ens est vnum quod est continuum. oportet eos concedere ipsū esse vnum quodammodo: et plura alio modo Continuum enim potest diuidi in infinitum. et sic ens non erit vnum simpliciter. est enim vnum actu. et plura potentia. scilicet secundum diuisibilitatem. et quia etiam addit in continuo. et in omni habente partes ut multitudo eius non sit secūdum diuersitatem partium a se inuicē. sed et etiam secundum diuersitatem partis a toto. incipit etiam querere hanc diuersitatem. et inducat questionem contingentem antiquus in hoc; et dixit. sed est questio ⁊c̄. idest et ē hꝫ questio de parte et toto pendens ex hoc sermone. et visum est q; si non pendet de hoc sermone necessario tamen est qꝫstio perscrutanda per se. deinde induxit qꝫstionem. et dixit. et est vtrum pars et totū ⁊c̄ idest et ista questio est vtrum pars et totū sint idem aut diuersa. et si idem quomodo possunt dici esse idem totum enim videtur esse aliud a parte. et etiam si partes differūt a toto quomodo dicuntur esse alie. totum enim nichil aliud est q; congregatio partium. et quum induxit hanc questionem in continuo: dixit. et partes etiam non continue ⁊c̄. idest et in partibus rerum contiguarum et non continuarum. verbi gratia. manu et pede. et aliarum partium compositorum addit hec questio. Quoniam si vna quaq; partium est idem cum toto. quia est

Continuū diuidē in infinitum

Ens sic non erit vnū simpliciter

Inducit questionē contingentem

Totū nichil aliud est q̄ congregatio ꝑtium

totus idest non separatu a toto · tunc vnaq; pariu erit idem toti. et sic omnes partes erunt inter se eedem · ergo et caput et manus et collum erunt idem · ergo pars non est toti et istud impossibile quod sequitur si toti et pars fuerunt idem sequitur necessario · t sermo opponentis ista non opponitur propter suam famositatem · et est q; si omnis pars est alia a toto. tunc omnes partes erit alia a toto: et totum nichil aliud est q; congregatio partium ergo totum est aliud a se et istud sophisma est compositionis et divisionis · quoniam vnaquaq; partium dicit ee aliud a toto. sed omnes insimul non possunt dici esse aliud a toto

Caput manus et collu erunt idem

Istud sophisma est compositionis et divisionis

vnū secm rationē ut vestis et tunica

c vero si sicut indivisibile est nullum erit quantum: neq; quale. neq; ita t infinitum · quod est contra aristotelem dicit neq; finitum sicut parmenides. tunc enim indivisibilis finitus non est

c t si totum fuerit vnum ita q; sit indivisibile. tunc non erit quantū aut quale Et eadem ratio non erit infinitum ut dicit aristotiles · Neq; finitum ut dicit parmenides. indivisibile enim est finis non finitum. C · xviij ·

divisor nomi quia sūt idē secm diffinitionem

c um induxit illud quod contingit ei si intenderent per vnum continuū · induxit eadem impossibile contingens eis si intenderent per hoc nomen vnum indivisibile. et dixit · et si totum fuerit vnū ꝛc. idest si aliquis dixit q; quum dixit totū ens esse vnum intendebat esse indivisibile. tūc non erit hoc quantum · neq; quale neq; substantia · neq; aliud aliquod predicamentorum · quoniam omnia ista sunt divisibilia. aut per se. ut est quantum. aut p accidens ut sunt reliqua · et quum declarauit q; dicens hoc non potest contingere hoc esse substantiam · aut quale · aut quantum · quod est valde improbabile. incepit declarare impossibile. quod contingit his duobus vnis secundum hoc quod ponunt · non secundum rem in se · et dixit · et ens eadem non erit infinitum ꝛc · idest et contingit parmenidi et melisso secundum hoc quod dicunt ut ens non sit infinitum ut melissus dicat · neq; finitum ut parmenides dicat · nā finitum et infinitum non dicuntur nisi de quanto non de fine quanti

Ens esse vnum et indivisibile

finitū et infinitū non dicunt nisi de quanto

induxit impossibile contingēs huic sermoni

in bono et malo que sūt contraria

t vero si omnia que sunt eadem vnum sunt. sicut tunica et indumentum. heraclito eadem contingit dicere ipsos. idem enim est et bono t malo. et non bono esse et bono. quasi idem est bonum et non bonum: et homo et equus et non de eo q; vnum sunt que sunt eadem est. sed eo q; nichil sunt. et talis ignis esse et tanto idem

c t si omnia eadem fuerunt vnum secundum rationem ut vestis et tunica contingeret eis dicere quod heraclitus dicat. esse t enim est bonum et malum. vnū et bonum et non bonum. ex quo sequitur. ut bonum et non bonum sunt idem. et homo et equus. et tunc sermo eorū nō est in hoc q; entia sunt. sed in hoc q; nullū eorum est. et est eadem intentio quoddam talis dispositionis. idest qualitatis. et intentio eius talis mensure. idest quantitatis eadem intentio C xix

c um destruxit duos modos illorum trium secundum quos dicitur hoc nomen vnum. incepit destruere tertium. et dixit. et si entia ꝛc. idest. et si intenderunt per hoc quod dicunt q; entia diversorum nominū omnia sunt idem secundum diffinitionē. adeo q; significatio horum nominū. homo. equus. asinus sit sicut significatio horum nominū. vestis et tunica: contingeret eis dicere quod dixit heraclitus sophistam. scilicet contraria esse idem. Deinde dixit esse enim est bonum ꝛc. idest et quum significationes nominum sunt eedem rerum contrariarum et oppositarum sicut vnum et multum significant idem. et vestis et tunica. tunc esse primum bono et malo erit vnū esse. et hoc non solummodo inuenitur in bono et malo. que sunt contraria. sed in bono et non bono que sunt contradictoria. adeo q; esse esse erit non esse. Deinde dixit. ex quo sequitur ut bonū et nō bonū sunt idē. t homo et equus. et qū esse primū oppositis sit idē esse contingeret q; oppositi. Verbi gratia. bonū et nō bonū sunt idē et nō solū opposita sed et species divise. Verbi gratia. homo et equus Deinde induxit improbabile contingēs huic sermonem. t dixit et tūc sermo eoz ꝛc. i. et quum posuerūt q; opposita q; significant ee t nō ee sit idē. tūc posuit q; illud qd ē nō ē. t secm

hoc puniant ona essenaa quin dicunt ea ee vnum .et secundum hoc qua voluerunt dare entibus aliquam dispositionem destruyer ea esse .hoc igitur est vnū improbabilium contingentium huic positioni .Deinde iduy it aliud improbabile .et dixit et erit etiam i tertio quoddictus .ē. idest et contingit huic positioni ut aliquid esse in aliqua dispositio ne .idest in aliqua qualitate .Verbi gratia album aut calidum .et ipsum esse in aliq quantitate .Verbi gratia .longum et breue sunt idem .et secundum hoc omnia predica menta erunt vnum predicamentum

vnū improbabilium cōtingentium

Quidam autem et posteri ores quemadmodum et antiqui ne forte contingat idem simul vnum esse et multa .vnde et alij quidem .erat autem bant quēadmodum lycophron .alij āt mutabant dictionem ut quoniam ho mo albus non est sed albatur neq; ambulans est sed ambulat ut non est adij centes multa fuerant esse vnum .

ne forte contingat idem vnū simul ee et multa

t posteriores autem quoniam timue runt ne contingeret eis idem esse vnum et plura insimul .Quare quidam dimiserunt hoc nomen esse .ut lycophro nius .et quidam quasi rectificantes dictionem et dixit non oportet dicere homi nem esse album .sed hominem albescere et non esse hominem ambulantem .sed hominem ambulare .Neq; enim impo nunt in sermone hoc verbum esse fuit aut de aliquo vno plura ~ ℓ .xx .

lycophron esse aufferebat

Sat et q; antiqui consenserunt ei .sa liat parmenidi et melisso ens esse v vnum quod est substancia .timuerunt ex pumeex in propositionibus hoc verbum es se ne contingeret eis aliquid esse vnum et multum .quia non intelligebant per hoc nomen ens nisi vnam intencionem .scili cet substanciam .quapropter quidam dimi serunt dictiones que significant esse in pro positionibus quorum predicata sunt acci dencia .ut frat lycophronis dicebat enim quoniam non oportet dicere hominē esse ambulantem .sed hominem ambulare .quia ens tunc esset plusq; vnum et totū hoc fuit quia timebat si in propositione cuius subiectum est substancia .et predi catum aliud predicamentum interpone

p ens vnā intēcionem substāne

pdicamtū interponēt

vt hoc verbum esse .quia tunc ens esset plq; vnum et hoc intendebat quum dixit .im ponunt in sermone

anq; singulariter dicto vno aut ente .sed multa sunt que sunt aut enum racione ut albo esse et musico si idem vē q; multa .itaq; vnum .aut diuisione .quemadmodum totum et partes .hic aūt ia dēfiebant et confitebantur vnū multa esse tanq; non conuenirent idem vnum et multa esse non opposita autē est enim vnum et potencia et entelechia

Tanq; no conuenirent vnum et idem

idest actu

uasi hoc nomen vnum .et hoc no men ens dicerent singulariter .Sed enia sunt plura aut secundum racionem : quoniam esse album est aliud ab esse musica .et vnum erit vtrumq; .tunc vnū erit multum secundum vero diuisionē ut totum et partes .Sed non potuerunt se excusare in hoc modo .et concesserunt vnum esse plura quasi esse impossibile aliquod esse vnum et plura sine contra dictione .vnum est potencia et est actu

Vnū et ens semp idem significant

iat .et iste sermo eorum fundatur sē hoc q; hoc nomen vnum .et hoc no men ens semper significant idem .quod nō est verum .quoniam hoc nomen ens dicat de plumbus secundum diffinicionem .et vno secundum subiectum .Verbi gratia .Vnus homo et albus et musicus et esse ens secū dum albedinem est aliud ab esse ens secū dum musicam .et est subiectum vtrumq; se cundum humanitatem .et sic aliquid erit vnum et plura duobus modis diuersis . vnum secundum subiectum .plura vero per accidens .et similiter potest ee aliquid vnum secundum compositionem .secun dum autem diuisionem plura .Verbi gra totum et partes .Deinde dixit .sed non po tuerunt excusare se .ē. idest illi qui non cō cesserunt pluralitatem ex pluralitate acci dencium in subiecto .potuerunt enim i mi tatione accidencium dicere aliquid saliq qua non habent verum esse : et non potu erunt hoc dicere in partibus et toto .totū enim est substancia .et similiter partes st substancie .et ideo non potuerūt excusare se in hac questione .Deinde dixit quasi es set impossibile .ē. idest et dicens hoc vide

Aliquid erit vnū et plā duōbus modis

Non potuerut hoc dicere ī ptib⁹ et toto

tur quasi opman idem esse vnum et plura duobus modis diuersis esse impossibile. Deinde incepit dare istos duos modos in toto et parte. et dicit vnum cum est potentia et actu. idest totum cum est vnum actu. et plura potentia. quemadmodum est possibile in plumbo actu vt sint vnum in posse. qm̄ hoc non est impossibile

Tota vnum est actu et plura potentia

peccant in materia et forma

or igitur modo facientibus impossibile videtur que sunt vnum esse Et ex quibus demonstrant soluere non difficile est vtiq; cum sophistice syllogizant paruipendes et melissus et namq; falsa recipiunt et non syllogizantes sunt. est ām magis melissi oneroſa ratio et non habens defectum. sed vno inconuenienti assignato alia contingunt. hoc autē nichil graue est

Vno inconuenien assignato alia contingunt

appositōes posite ī eo sunt false

Sermo melissi est magis vanus

uni igitur processerunt per hanc viam apparebit eis impossibile esse vnum. Et non est etiam difficile cōtradicere eis ex illo ex quo nituntur ordiamur hoc omnes cum procedunt in argumentatione sua via sophistica ociosius et paruipendes. accipiunt enim falsa. et cui non sequitur ex syllogismo. Sed sermo melissi est magis vanus. et in eo nō est dubium Concessit enim vnum impossibile et super ipsum fundant suum sermonem. et in hoc non ē difficultas Cxxj

or qđ gnatur nō hē ꝑncipiū

iam igitur considerantes processerunt per hanc viam considerationis per quam nos processimus apparebit eis. quoniam impossibile est etiam esse vnum ut isti dixerunt. et cum contradixit conclusioni eorum per se incepit contradicere argumentis hec enim duo exigit disputatio et dicit. et non est etiam difficile ic̄. idest et non est difficile contradicere syllogismo. q̄ vtuntur in confirmando suam opinionē et cum notificauit q̄ facile contradicatur syllogismo eorum. dedit causam in hoc. et dixit vtiq; enim vtatur syllogismo sophistico. idest et causa in hoc q̄ facile contradicatur eis est. quia argumentationes eorum sunt sophistice et sermones sophistici contradicuntur facilius q̄ disputatum Deinde demonstrauit modum secundū quem st̄ sophistica. et dixit accipiunt enim ic̄. idest ponunt enim propositiones falsas et cō

Vterq; vtitur syllogismo sophistico

ponunt eas compositione non concludente et sermones qui sunt huiusmodi dicuntur vani scilicet qui peccant in materia et forma et ideo dixit. sed sermo melissi est magis vanus. idest et si vterq; sermo sit vanus. tamē sermo melissi est magis vanus. quia omnino non concludit. sermo autem parmenidis concludit sed non que sunt ad propositum suum Deinde dixit. et in eo non est dubium. idest. et cum eo q̄ est magis vanus nullam facit dubitationem propositiones enim posite in eo sunt false et improbabiles vt cum dixit q̄ ens non generatur

nod quidem igitur paralogizat melissus manifestum est. opinatur enim accipere si quod factum est habet principium omne. quoniam et qđ non factum est non habet. postea et hoc inconueniens omnis esse principium et non temporis et generationis non simpliciter. sed alterationis tm̄q̄ non inōtiuce facit mutationis

nomam autem melissus peccat in syllogismo manifestum est. existimat enim quod acceptum est. q̄ si omne quod generatur habet principium. et cōne quod non generatur non habet principium. Deinde hoc etiam est magis improbabile saltem existimare q̄ omne qđ habet principium est ut eius substantiae Et nonne tempus habet principium. et principium etiam necesse est esse in alteratione. et non est necesse ei quod generatur simpliciter ac si translmutatio non fieret subito Cxxij

iam quoniam autem melissus peccat in syllogismo. manifestum est quia opinatur q̄ si fuerit concessum. q̄ omne qđ generatur habet principium. sequitur q̄ omne quod non generatur non habet principium. et hoc non sequitur. quoniam si p̄dicatum affirmatur in eo in quo affirmatur subiectum non sequitur ut predicatū negetur ab eo a quo negatur subiectū. si enim opinatur hoc habet q̄ destructo antecedente in omni mā sequitur oppositum consequens et cum melissus haberet hoc pro vero et concedebatur q̄ omne quod generatur habet principium existimauit q̄ omne quod non generatur non habet pn̄

apium. Deinde communicat huic q ens non ge
nerat. et concludit q ens non habet puna
pium. et hec ꝓpositio dicens q ens non gene
ratur declarabatur cꝫ eis ut dicat Aristotele
post sic. et est q si ens generetur aut gene
ratur cꝫ ente aut cꝫ non ente. quoniam si
cꝫ non ente. tunc non ens mutatur in na
turam entis. et si cꝫ ente ergo ens fuit an
qꝫ generaret. ergo non generatur. ergo n̄
habet principium. Deinde cꝫ hoc q ens nō
habet principium concludit ipsum esse vnū
et immobile. principium enim quod est cꝫ
tremum magnitudinis quum fuerit non
ens magnitudo erit infinita et erit vna
qua cum ea non erit aliud. ipsa enim est
infinita ergo totum locum occupat. et erit
immobilis qua non habebit locum in q⁹
moueatur. et isti dubitatio induxit anti
quos ante aristotelem in maximum erro
rem ut dicat post Aristoteles. et quum de
clarauit corruptionem sermonis melissi
secundum formam eius incepit declarare
corruptionem eius secundum suam ma
teriam et dixit. deinde hoc est magis im
probabile. idest et est magis improbabile
hoc quod existimauit q hoc nomen prin
cipium dicatur vno modo scilicet principio
substantie tantum principium enim est
temporis et est alterationis. Si igitur hꝰ
nomen principium pro principio tempo
ris. tunc hoc quod dixit. q quicquid non
generatur non habet principium. idest
temporale est verum sed non est vtile in hꝰ
quod intendebat concludere. scilicet q ens
est vnum et immobile et infinitū. si aut
vatur eo pro principio alterationis non
est verum. quoniam non omnis alteratio
habet principium. ut alteratio subita;
si vero vatur eo pro principio magnitudi
nis. non est necesse ut omne quod nō ge
neratur non habet principium quod est
in substantia corpus enim celeste habet
principium quod est in substantia et nō
generatur ut post declarabitur. Sed Aris
toteles contentus est in contradictione is
tius propositionis dicentis. q omne quod
generatur habet principium ab alteratio
ne que fit subito que generatur sed nō
habet extremum a quo incipiat generatio
nis. et hoc intendebat quum dixit. et non

ens nō hꝫ principium

principium quꝫ in extremū magnitudis

magis improbabile q hꝰ nomen principium dicat vno modo

nō omnis alteratio habet principium

oē qđ generatur hꝫ principium

contingeret ei quod generatur simpliciter
idest et non contingit apud istum vnum
ut principium generationis sit illud quod
est in substantia tantum. sed et in alio. qui
simpliciter induxit hoc nomen generatio
in propositione et non determinauit ipm
et hoc est quasi qui opinatur q alteratio
non fit subito.

Apud istū principiū generationis non est in substātia tantū

Postea propter quid immobile si
unum est sicut enim et pars vna qum
sit hec aqua mouetur in ipsa. quare et
non omnis aqua. postea alteratio ꝓp
ter quid non erit. At vero nec specie possi
bile est vnum esse. sed sicut ex quo. sicut
enim et philosophum quidam dicūt vnū.
illo autem modo non. homo namq; ab
equo alterum est specie et contraria ab in
uicem.

Possibile specie nec est vnū esse

Deinde quare est necesse quum fuerit
vnum ut sit immobile. et quēad
modum pars verbi gratia. istius aque
et est una mouetur in suo loco. quare et
iam totum non est huiusmodi Et postea
quare non est alteratio. et etiam impos
sibile. ut sit vnum in forma nisi sit secun
dum illud a quo est. hoc quidem dixerūt
quidam naturales. alio modo impossi
bile est. Homo enim alius est ab equo in
forma et similiter contraria diuersa sūt
ab inuicem.

Homo alius est ab equo

Cum declarauit corruptionem syllogis
mi melissi et q cꝫ eo non sequitur conclusio
quam intendebat concludere. dicat. et si con
cesserimus conclusionem eorum. et est q
ens est vnum. et infinitum. tamen non se
quitur q hoc ut sit immobile. quoniam
quemadmodum videmus q pars totius
quod est infinitum ut dicunt. Verbi gratia
aer mouetur secundum suas partes toto
permanente in suo loco. similiter possibile
est ut hoc accidat in infinito. scilicet ut totū
moueatur secundum partes non secundū
totum. Deinde si concesserimus q nō ha
bet motum in loco quare non habet mo
tum qui est alteratio. et hoc intendebat
quum dixit. deinde quare non est alteratio
idest. deinde post hunc sermonem si con
cesserimus q non habet motum translā
tionis. quare non habet motū alteratio
nis Deinde dixit. et impossibile est ut

Aer mouetur ꝑ suas partes

Licet habeat motū translationis non alterationis

Antiqui opinabant q̄ omnia sint ignis terra aut aer

sit vnum in forma ⁊c. idest et impossibile ē ut aliquis existimet q̄ ens est vnum ī sub stantia nisi secundum illud ex quo genē tur. scilicet materia ut plures antiqui opi nabantur q̄ omnia sunt ignis. aut terra aut aer. quia apud eos componebantur ex vno istorum. q̄ autem omnia sint vnū in forma impossibile est opman. homo enim manifestum est q̄ est alius ab equo in forma et manifestus est hoc q̄ contra

Vtuntur̄ ꝓpositionibus falsis ⁊c. equocatione

ria differunt a semuicē sed; formā

t ad parmenidem autem idem n

modus inductionum est. et si aliqui aliq̄ st

Simpliciter accipit quod est dicta multipliciter

propria et solum ꝓpartim quidem. quia falsa est. partim quidem. quia non cō cluditur. falsa quidem. quoniam ſ̄pli citer accipit quod est dicta multipliciter dicto. ſ Non concluditur autem. quia si sola alba accipiantur significantia vnū albo. nichil minus multa alba sūt: et non vnum. non enim continuatione fit album vnum. neq; mixtione. aliud enī est esse albo et susceptibili. et non est ex tra album nichil diuisum non enim in quantum est separabile. sed q̄ est alterū esse albedo. et a cui nest. sed hoc parmenides nondum vidit

fundant̄ sup. ꝓpositiones probabiles

nudes nondum vidit

r hoc modo sermonum contradi cetur sermonu parmenidis et aliis mo dis qui forte sunt ei proprii. Quoniam manifestum est q̄ sermo eius est falsus et non concludens. quia vtitur ente. ac si dicerētur simpliciter. et dicitur multis modis Est autem non concludens. q̄a si posuerimus sola alba et dixerimus q̄ album ut eas significat vnum hoc non erit sufficiens. in hoc q̄ alba non sunt plura sed vnum. album enī non est vnum. neq; secundum continuatio nem neq; secundum mixtionem Ratio n̄ albi alia est ab ea que est sapientis. et etiam non intendimus q̄ possibile est. ut album sit separatum. quoniā nos dicimus hoc quod dicimus. non quia album separatur. sed quia est aliud ab eo cuius est. scilicet a sapiente. Sed hō ī tempore parmenidis nondum erat ter minatum.

corruptio syllogismi ⁊ 2ᵐ mām et formā

Ratio albi alia est ab ea que est sapientis

Sermo eius ē falsus et non concludens

quicquid ē ꝑter ens est non ens

illud quod ē nō q̄tū neq; sba

um contradixit syllogismo melissi reuersus est ad contradicendum parmeni di et dixit. et hoc modo ⁊c. idest et secundū illum modum quo contradiximus melis so. contradicimus parmenidi. et alio mo dis ꝓprius. est enī cōmune eis q̄ vtuntur ꝓpositionibus falsis secundum equiuoca tionem. et q̄ veritas non concludit illud q̄d intendebatur concludere. sed syllogismus melissi est non concludens omnino. ideo dixit q̄ est magis vanus et intendit per hoc quod dixit. et aliis modis ⁊c. ut michi videtur hoc ex quo contradixit conclusio ni ex ipsis propositionibus ex quibus p menides composuit syllogismum. ideo fo te intendit per hoc quod dixit. et hoc mo do sermonum. idest sermones quibus vs̄ est in destructione conclusionis absq; ser monibus ex quibus concluserunt eam. vi demus enim q̄ sermonum quibus vsus est in destructione conclusionis eorū quī dam sunt fundati super ꝓpositiones pro babiles et contradictio est communis eis et quidam sunt sermones ex quibus con cluditur improbabile et impossibile a p menide et est ꝓpria parmenidi. in contra dictione vero melissi nulla ꝓpositione ea rum vtitur. quas ponit in suo syllogis mo. quia omnes sunt equiuoce. et quia narrant q̄ isti commentant in hoc q̄ cor rupto syllogismi eorum est secundū ma teriam et formam. et iam notificauit hō in syllogismo melissi. incepit notificare hoc in syllogismo parmenidis et dixit manifestū ē q̄ ē falsus et non concludēs idest et manifestum est q̄ propositiones sui syllogismi sunt falsę. et q̄ syllogismus est non concludens illud quod intendebat̄ concludere. quoniam propositiones eius sunt falsę quia vtitur hoc nomine ens. ita q̄ dicatur de vna intentione. sed dictū est de pluribus. scilicet in hoc quod dixit. q̄ quicquid est ꝑter ens est non ens. et quicquid est non ens est michil. quoniā hoc nomen ens et non ens dicuntur de decem predicamentis. Cum igitur nō dimus per hoc nomen ens vnum decem predicamentorum. Verbi gratia substā tiam. aut quantum tunc non erit verū dicere q̄ quicquid est non ens est michil quoniam non sequitur ut illud quod ē non quantum neq; substantia sit mch

il·ergo ꝓpoſitiones eius non ſunt vere ni
ſi quum intenderimus per hoc nomen ens
omnia decem predicamenta·ſed tunc non
concludet illud quod nitebatur concludere
ſcz ſcilicet q; ens eſt vnum·ſed quum iſte
ꝓpoſitiones ponentur illo modo quo ſunt
vere·ſequetur ut ens ſit multum·et quum
narrant corruptionem exiſtentem ī ſyllo
giſmo eius ex propoſitionibus recurſus
eſt ad declarandum corruptionem eius ex
figura·et dixit·eſt autem non concludēs
ꝛc·ideſt·eſt autem non concludens illud
quod intendebat concludere·ſcilicet q; ens
eſt vnum in numero·quoniam manifeſ
tum eſt ex hoc q; ſi poſuerimus loco hu⁹
nominis ens hoc nomen album·et acce
perimus q; hoc nomen album ſignificet
idem de albis·ſicut ipſe accepit q; hoc no
men ens ſignificet idem de entibus·t po
ſuerimus q; nichil eſt preter album·et cō
poſuerimus ſyllogiſmum ſic·quicquid e
preter album eſt non album·et quicquid
eſt non album eſt nichil·ergo quicquid ē
preter album eſt nichil·aut ſolum albū
eſt ens·ſi cōmixerimus hunc concluſioni
alium propoſitionem·et eſt q; quicquid
eſt preter quod nichil eſt·ſolum eſt ens·et
manifeſtum eſt q; ex hoc enuntiabili al
bum ſolum eſſe non ſequitur album eſſe
vnum numero niſi contingat vt album
ſit vnum ſecundum continuationē·aut
ſecundum diffinitionem et hoc per acta
dens·et quia manifeſtum eſt q; albū nō
eſt vnum ſecundum continuationē·ne
q; ſecundum diffinitionem declarantium ē
ex hoc exemplo q; iſte ſermo non eſt cōclu
dens illud quod intendebat concludere·al
bum enim non eſt vnum ſecundum con
tinuationem·neq; ſecundum rationem
ideſt ſecundum diffinitionē·ſermo enim
concludens per ſe debet concludere ī ōm
materia·et eſt manifeſtū q; ſermo qui
concludit aliquid eſſe ſolum non ſequit⁹
ex eo·ut illud ſit vnum numero·niſi con
tingat ut illud ſit vnum numero·neq; q;
ſit vnum ſecundum diffinitionē eius·id
eſt ſimpliciter·vnum enim ſimpliciter de
bet habere has duas diſpoſitiones et quia
narrant q; ex hac materia in qua vſus ē
hoc ſyllogiſmo apparet q; illud quod ac

ens eſt vnum

poſitiō q; nichil eſt p̄ter albū

albū ſit vnū ſēm cōtinuatōnē

ſermo cōcludens per ſe dēt cōcludere ī oī matia

capitur in eo quod eſt album·non eſt vnū
numero·neq; ſecundū continuationē·ne
q; ſecundum diffinitionem·dedit modū
ſecundum quem non eſt vnum ſecundum
diffinitionem·et dixit·nam enim albi ꝛc.
ideſt et illud quo ſignificat hoc nomen al
bum non eſt vnum ſecundum diffinitio
nem·quia album ſignificat albedinē·et
recipiens albedinem·diffinitio autē albi
eſt alia a diffinitione recipientis albedi
nem·et quum narrant q; diffinitio albedi
nis differt a diffinitione recipientis albe
dinem·narrant q; non ſequitur ut illud
quod differt in diffinitione differat ī eſſe
ne aliquis exiſtimet hoc ſequi et dixit et ſi
intendimus ꝛc·ideſt non ſequitur ex hoc
quod dximus q; diffinitio albi eſt alia a
diffinitione recipientis albedinem·ut al
bedo ſit ſeparata a recipiente·intendimus
enim per hoc albedinem eſſe aliam a ſub
ſtantia·non aliam·ideſt ſeparatam: t q;
iſte intentiones inuente in hoc exemplo
quo demonſtrauit q; iſte ſyllogiſmus nō
concludit illud quod intendebat conclude
re neceſſe eſt ut ſint probabiles·et ut ſint
conceſſe ab aduerſario: ſi contradictio fue
rit diſputationis·et iſte intentiones nō erāt
famoſe in tempore parmenidis·ſcilicet ut
aliquid ſit vnum et diuerſum ſecundum
diffinitionem exiſtunt ipſum·et dixit
ſed hoc in tempore parmenidis non erat
terminatum·ideſt ſed iſta que dximus ī
hoc exemplo per hoc quod intendimus cō
tradicere ſyllogiſmo parmenidis et decla
rauit ipſum eſſe non concludentē per ſe
illud quod intendebat concludere non dū
erāt terminata in tempore parmenidis·
et ſic intelligitur recte iſte ſermo non ſolū
q; exponit Themiſtius et alij.
Eſſe igitur accipere non ſolum
vnum ſignificare quod eſt de quo vtiq;
predicatur·ſed et quod vere eſt·et quod ve
re vnum eſt·accidens enim de ſubiecto ꝙd
dam dicitur·quare cui accidit quod eſt:
non erit·alterū enim eſſe eſt ab eo quod ē
erit vtiq; aliqd quum non ſit·non vtiq; in
erit alij exiſtens quod vere eſt·non cui erit
eius aliqd ipſi eſſe·niſi multa quod eſt ſig
nificet ſic ut ſit aliqd vnūquodq; ſed ſup
ponitur quod eſt ſignificare vnum·

Nō eſt vnū numero ſecundū continuationē neq; ſecundū diffinitionem

Non ſequit ut illud qd̄ differt in diffinitione differat in eſſe

Iſte intentiones non erant famoſe tpe parmenidis

Et quod vere eſt qd̄ vere vnū eſt

Amdens d' de subiecto

Dm dicat ens esse vnum no dr opinari ipm ee quodammodo

Contingit igitur dicentem q' ens est vnum opinari q' ens non significet vnum tantum de quocunq; dicat sed significat illud eciam quod est ens. et illud quod est vnum. Amdens cum dicitur de subiecto aliquo ergo erit illud. cui accidit ens non ens. est enim aliud ab esse. erit ergo quod non est ens aliquod. ergo necesse est ut quod est ens. non sit aliquod amdens alterum. Impossibile enim ē aliqd esse si ens non significat multas intencones adeo q' substancia et accidens vtraq; sit aliqua intencio. Sed positum est q' ens significat vnā intencionem

cum contradixit syllogismo parmendis incepit contradicere conclusioni eius q' ex positionibus quas posuit in syllogismo et est que dicitur redargucio contradictionis et dixit. contingit igitur ꝛc. idest et qm dicat ens esse vnum non debet opinari ipsum esse quodammodo vnum sit. sed ens quod est vnum in rei veritate et ē substancia. Deinde dedit causam in hoc q' dixit amdens cum dicitur de subiecto. idest quoniam si fuerit opinatus ipsum dicere non substancia. necessario dicetur de accidente et amdens indigit subiecto. Sūt igitur duo. amdens et subiectum amdentis. amdens enim dicitur de subiecto aliquo. Deinde dixit. erit igitur illud cui accidit ꝛc. idest illud igitur quod est subiectum entis quod est amdens. erit nō ens iste cum posuit q' quicunq; est preter ens. est non ens. Contingit igitur ei ut illud quod est non ens sit aliquod ens. Deinde dixit. ergo necesse est ꝛc idest et qm illud impossibile sequitur q' hoc quod posuim' q' ens significat amdens. necesse est ut ea ens non significet amdens. Deinde dixit impossibile enim est ut aliquid sit ꝛc. idest et causa in hoc est. quoniam qm posuerimus q' ens significat amdens. impossibile est ut amdens sit aliquod ens. nisi ponamus q' hoc nomen ens significet saltem duo amdens. et subiectū accidentis. sed qua parmendes posuit q' ens significet vnum. ideo accidit ei impossibile hoc igitur nomen ens apud ipsū secundum hanc positionem non pōt significare amdēs si eni hoc significet vnū

albū non ē q̄d nō est

intēcio albi nō ē illud qd est ens

redarguit parmendē si posuit ipm ens signē vnū qd est sba

intēcio albi est alia ab intentione entis

Igitur quod non est nulli accidit. sed illi aliquid magis quod non ē significat quod est si enim erit quod non ē idem et albus. albus autem non est qd non est. neq; accidit ipsi possibile est quod est. neq; cum quod ē. ē quod non non est non ergo quod est. est quod albus est. nō sic autē. sicut quum aliquod non sit. sed omnino non sit. quod non itaq; est non est verum cum dicitur est. quoniam albū est. hoc autem non quod est significat. quam si albus significat quod est. multa ergo significat quod est

Et si illud quod est ens non accidit alicui omnino. sed ei dignus accidit illud quod accidit ergo ens significat illud qd est ens. aut significat non ens. Quoniā si illud quod est ens sit albus. qa intencio albi non est illud quod est ens. Nam impossibile est ut ens accidat ei. et qua nō est ens nisi illud quod est ens. ergo albi non est ens. non ita q' sit illud quod est ens. sed ita q' est non ens omnino. ergo necesse est ut illud quod est ens sit nō ens. dicitur enim ipsum esse albus est verū. sed dicere hoc significabat non ens ergo necesse est ex hoc ut albus eam significet ens. ergo ens significat plures intencones

Quum redarguit parmendem in hoc qd' posuit q' ens significat vnum quod est accidens. incepit eam redarguere ipsum si posuerit ipsum ens significare vnum quod est substancia. et dixit. et si illud quod est ens ꝛc idest si intendit quum dixit q' ens est vnum quod est illud cui accidit omnino. sed omnia que accidunt ea accidunt. tunc ens apud ipsum significat illud quod est ens in rei veritate. et ens significat non ens. Deinde incepit declarare quomodo sequitur hoc et dixit. quoniam si illud quod est ens ꝛc. idest q' nam illud quod est ens dicitur esse albus qua intencio albi est alia ab intencione entis. nam impossibile est ut ens accidat sibi. et in alia translacione. nam impossibile est ut accidat ei ut sit ens. idest quoniam dicere aliquid esse non est predicacio p accidens. sicut predicacio albedinis. Deinde dixit. et qua non est ens ꝛc. idest qua positum est q' non est ens nisi subiectum

albi ergo album non est ens. non ita q; sit non ens quod ponit parmenides esse ens. et est ens aliquod. sed ita q; sit non ens omnino. Deinde dixit ergo necesse est ut illud quod est ens sit non ens. idest contingit igitur ut sit ens illud quod non est ens. deinde declarauit hanc conclusionem. et dixit dicere enim ipsum esse album est verū ꝛc idest dicere enim q; ens est album. est ponere album esse ens. qua ista ꝓpositio est vera. et iam declaratum est q; hoc nomen album significat non ens secundum positionem aduersarij. ex quo sequitur ut ēs significet illud. quod ipse posuit non ēs ens. Deinde dixit. ergo ens ꝛc. idest ergo ēs significat illud quod posuit ens et est illud quod recepit albedinem. et illud quod posuit non ens scilicet albedinem ergo ēs significat plura

ergo quod est ens est non ens

Ens non est magnitudo

Cēs igitur magnitudo erit quod ē. siquidem quod vere ē. est quod est. vnūq; ei alterum est esse partium. Quod autem diuiditur quod vere est in quod est vere aliquid aliud. et ratione manifestum ē ut homo si est quod vere est aliquid necesse est. et animal quod vere est aliquid esse et bipes. si enim non quod vere est aliq̄d ē et accidentia erunt. aut igitur homini. ā alicui alij subiecto. sed impossibile est accidens enim dicatur hoc aut quidem contingit esse aut non esse. aut innus est in ratione hoc ens accidit ut sedere quidem si aut separabile. in simo autem est ratio nasus eni dicimus accidere simum.

si q̄d non vere ē aliq̄d ē et accidentia erunt

Et etiam ens non est magnitudo. si ēs est illud quod est ens. intentio enim vtriusq; partis est alia ab altera. et manifestum est q; illud quod est ens diuiditur in ratione etiam in aliquas partes que sunt etiam illud quod est ens. verbi gratia q̄m homo si sit illud quod est ens necesse est ut animal etiam sit illud quod est ens et bipes. Nam si non fuerunt illud quod ē ens. ergo sunt accidentia. aut ergo homini accidunt aut alicui subiecto. Accidēs enī dicatur aut de illo quod potest esse alicui us aut non esse aut de illo in cuius ratione accipitur illud cui accidit. verbi grā sessio autem quasi separatum. similitas vero ratio nasi accipitur in eo de quo dicitur

intentio vtriusq; ē alia ab altera

accidens dī de illo qd pōt esse



cuius et simitas accidit ei

Cum vidissent parmenidem ꝓpter incepit contradicere eis ambobus communiter et dixit et etiam ens non est magnitudo ꝛc idest et etiam ens secundum hāc opinionem impossibile est ut dicatur esse corpus. Quum ens apud eos sit ens primaliter. et corpus dicatur de substantia et quantitate. erit igitur esse substantiae aliud ab esse quantitatis. et forte intendit q; si ens fuerit vnum impossibile est ut sit corpus. nam corpus est diuisibile. et hoc ē manifestum ut michi videtur. Deinde incepit contradicere eis alio modo. et dixit. et manifestum est ꝛc. idest et vniuersaliter sue credunt ipsum esse corpus sive non. necesse est ut habeat diffinitionem ex qua intelligatur eius substantia. scilicet ut habeat aliquid quasi genus. et aliquid quasi differentiam. deinde induxit exemplum. et dixit Verbi gratia. homo ꝛc. idest. Verbi gratia. quoniam si posuerint q; ens quod est vnum apud eos sit homo. necesse est ut animal quod est genus hominis. et bipes. quod est eius differentia sint entia in rei veritate. nam partes rei que sunt secundum diffinitionem precedunt rem in esse. Deinde dedit rationem super hoc et dixit. nam si non fuerint ꝛc. idest animal enim et bipes si nō fuerint de natura illius. quod est ens. ergo erunt accidentia in eo. et tunc aut erunt accidentia hominis. aut alterius subiecto. sed impossibile est ut animal bipes sint accidentia hominis. Accidens enim inuenitur duobus modis. aut separatum quod quandoq; est in re. et quandoq; non ut sessio aut non separatum. et est illud in cuius diffinitione accipitur illud cui accidit. Verbi gratia. similitas que accidit naso. nasus enim accipitur in eius diffinitione. deinde induxit impossibile quod sequitur. si animal et bipes fuerint alterius duorum

Cmodorum accidentis

plus quecunq; in diffinitiua ratione insunt. aut ex quibus sunt in ratione hominis nō est ratio totius. ut in bipede ratio hominis. et in albo que est ratio albi hominis. Si igitur hec hunc habet modum. et homini accidit bipes. necesse est separabile esse ipsum: quare contin

Entia dī de illo qd pōt esse

Ptes rei ꝛm diffinitione precedūt rem in esse

Si hoī accidat bipes nāe ē separabile ipm esse

BIBLIOTECA PROVINCIAL DE LA UNIVERSIDAD DE SEVILLA

Si alij amdūt bipes et animal

gnt vtrq; non bipedē esse hominem · aut ī
maone bipedis ingnt hominis mao · sed
impossibile est istud · illud enim in illius
maone inest Si autem alij amdūt bipes
et animal · et non est vtrumq; quod verū
est aliqd et hō vtrq; aut amdemaū alterī

Et dicimus eciam q illa que acpiun
tur in maone diffinentē rem · aut illa ex
quibus imicantur res impossibile est · ut
mao illius ri vniuersalis acpiatur ī ma
one illarum rerum · Verbi gracia ut ma
no hominis acpiatur in bipede · aut ma
no hominis albi acpiatur in albo et si
illa sunt talia · et bipes amdit hominē
esse est autem ut illud separatum sit ita
q; sit possibile ut homo non sit bipes aut
mao hominis acpiatur in maone bipe
dis · sed hoc est impossibile · nam hoc acp
pitur in diffinaone illius et si bipes et an
imal amdant alterū · et vtrq; non est illd
quod est alis · necesse est ut homo eciam sit
de rebus amditibus alteri

amdentiū aliud sepa bile aliud īsepabile

impossibile ē ut hō sit et careat vita

Necesse est ut homo sit de reb⁹ amditib⁹ alteri

Diat et manifestum est eciam q illa que
acpiuntur in maone diffinentē rem impos
sibile est ut in diffinaonibus illorum acp
piantur illae res quoniam partes diffinao
nis precedunt diffinitum non diffinitum p̄
cedit diffinaonem · Verbi gracia ut homo
qui est posterior bipede et animali acpiat⁹
in diffinaone bipedis et animalis · aut ho
mo albus qui est posterior albedine et hoīe
acpiatur in diffinaone hominis et albe
dinis · quoniam si ita esset tunc causatum
precederet causam · et composuit hanc pro
posinonem dicentem q animal et bipes ·
vniuersaliter illa que acpiuntur in diffi
naonibus rerum non diffiniuntur per il
las res incipit facere mencionem de propo
sinaonibus predeclaratis · scilicet q amden
cia sunt duobus modis · est enim amdēs
separabile et inseparabile · et quia in diffi
naonibus inseparabilium acpitur illd
de quo predicantur · et congregat eas cum
hac proposinone · et declarat inducendo ad ī
conuenies illud quod intendebat declara
re · scilicet q animal et bipes non predican
tur de homine secundum q sunt amden
cia · et dixit · et si illa sunt talia ē · ideſt qui
iste proposinones sunt posite · scilicet q homo
non acpitur in diffinaone bipedis et q

Si ita esset causatū precederet causam

Animal et bipes nō predicanē de homīe

impossibile ē ut diffinita separētur

acidencia sunt duobus modis · scilicet mo
do quo non separantur a subiecto · et in ea
ins diffinaone acpitur subiectum et mo
do quo quandoq; separantur a subiecto ·
manifestum est q quum posuerimus q ani
mal et bipes sunt amdencia hominis · et cō
iungerimus eis has proposinones · scilicet
q amdencium aliud est separabile · et aliud
inseparabile · et q in diffinaone inseparā
bilis acpitur subiectum in quo est sequē
tur ex hoc alterum duorum impossibilium ·
q̄a si bipes et animal fuerint amdencia
separabilium sequitur hominem esse qñ
q; non animal · et quandoq; non bipedē
si vero inseparabilium · sequitur ut homo
acpiatur in diffinaone animalis et bi
pedis · et vtrumq; est impossibile · Impossi
bile enim est ut homo sit et careat vita · et ī
possibile est eciam ut homo acpiatur ī dif
finaone bipedis · sed est econuerso · Et quum
istud impossibile sequitur · si posuerimus q
bipes et animal sunt amdencia in homīe
ergo manifestum est q non sunt amdēcia
in eo · Deinde dixit · et si bipes et animal ⁊c
ideſt si bipes et animal que sunt irspondē
cia rebus que acpiuntur in diffinaone
entis amdunt alicui subiecto · aly ab hoīe
et eis que predicantur de homine · quem po
suimus similem enti apud eos · et ista acp
piuntur in diffinaone hominis · manifes
tum est quoniam ex hoc sequitur · ut homo
qui est similis enti imposinone sit amdēs
et sic vnum ens apud eos erit amdens nō
substancia quod est contra positum et ab
breuiacio summe istius sermonis est · q̄m
que acpiuntur in diffinaone entis · aut
erunt de natura entis · aut erunt amden
cia · si autem amdencia · aut subiectū eo
rum erit ens · aut aliud predicabile de illo · si igi
tur subiectum eorum erit ens · non erunt
amdencia in eo · quoniam amdencia aut
sunt separabilia · aut inseparabilia · sepa
rabilia autem possunt esse extra illud in q̄
sunt · sed ab illis que acpiuntur in diffini
onibus · impossibile est ut diffinita separē
tur · inseparabilia autem diffiniuntur per
subiectum · sed non subiectum per illa · Vnde
impossibile est vt ea que acpiuntur ī dif
finaone entis sunt amdencia in eo · et im
possibile est ut sint amdencia in alio · nā

si fuerint accidencia in alio. et sunt accepta in diffinicione entis contingit vt ens sit de natura eorum. et sic vnum ens apud eos erit accidens. et hoc est contra illud quod dicunt eciam si dixerint ipsum esse accidens sequitur impossibile predictum. Et quum destructi sunt omnes modi secundum quos possibile est dicere q illa que accipiuntur in diffinicione entis non sunt de natura accidentis. remanet ut sint de natura entis. ergo ens est multa non vnum. et hec est abbreviacio istius sermonis

cm destructi sūt oēs modi

Quod vero est sit accidens nulli. et de quo ambo et vtrumq;. et quod est ex his dicatur ex indivisibilibus vtraq; quod erit omne. Quidam autem racionibus vtrisq; acquiescunt. hunc quidem. quoniam omnia vnum sunt. si quod est vnum significat. quoniam est et quod non est. Et autem que dicione indivisibiles magnitudines

Ponamus ergo q illud quod est entis nulli accidat. et vniuersaliter dicatur illud de vtroq;. et de illo quod est ex eis. sequitur igitur ex hoc ut totum sit ex rebus indivisibilib⁹. et videmus quosdam qui obediunt vtrisq; sermoni. Obediunt enim sermoni dicenti q omnia sunt vnum. si ens significat vnum. quia dicunt q non ens habet essenciam. Obediunt autem alteri sermoni. quia concedunt magnitudines esse indivisibiles secundum divisionem in duas medietates.

illud qđ ē ens nulli accidat

Videst ponatur igitur racionibus parmenidis secunda super hoc q ens est vnum sit talis ens quod est vnum est corpus deferens accidencia non est accidens. et corpus est vnum et indivisibile. quoniam si fuerit divisibile procedet divisio semper in duas medietates. et per divisionem in medietates deveniet ad hoc q corpus sit compositum ex punctis. et sic corpus erit compositum ex non magnitudine. et ex non corpore quod est impossibile. ergo corpus ē vnum indivisibile. et hoc intendebat quum dixit. et vniuersaliter ⁊c. idest vniuersaliter ponamus q corpus dividitur in duas medietates. et q ens dicatur de vtraq; medietate. et congregacio quod est corpus. ex quo sequitur ut corpus sit compositum ex non corpore. nam ille due medietates dividuntur in duas. et ille due in duas alias. et procedet sic adeo q in corpore non remanebit magnitudo. sed dividetur secundum totum. et defluet aut dissoluetur in puncta. et vniuersaliter in non corpus quod est impossibile. Deinde dixit. et videmus quosdam ⁊c. et intendit per istos duos sermones istum sermonem et primam racionem in qua dixit. quicquid est preter ens est non ens ⁊c. Deinde dixit. obediunt autem ⁊c. idest obediunt autem huic quod dicat. q quicquid est preter ens nō dicatur ens. quia existimant q ens solummodo dicatur vno modo. et ideo visi sunt contradicere huic sermoni. dicentes q quicquid ē preter ens habet aliquam essenciam. et si non dicatur ens. et vnum per hoc platonem. Deinde dixit. obediunt vero ⁊c. idest alii vero obediunt isti racioni. quia contradicunt ponendo corpora indivisibilia. idē quoniam parmenides. quum dixit q si corpus dividitur in duas medietates. contingeret ut divisio perveniat ad non corpus contradixerunt huic sermoni alii homines concedendo q divisio cadit in totum et est falsum. Et dixerunt q ista divisio non pervenit ad non corpus. sed pervenit ad corpora indivisibilia. et sic fugerunt vnum falsum. et ceciderunt in aliud falsum

ens ē vnū corp⁹ deferens accidentia

Manifestum autem est. quoniam non verum est q si vnum significat qđ est. et non possibile est simul contradictionem esse. non erit nichil quod non est. nichil enim prohibet quod non est nō simpliciter esse. sed non ens aliquid esse quod non est. Dicitur extra ipsum quod est. nisi aliquid erit aliud vnum omnia esse ideo quia ens est. quis enim addiscat ipsum quod est nisi quod vere est aliquid sit. si autem hoc est nichil tamen prohibet multa que sunt esse. sicut dictum est. q quidem igitur vnum esse quod est impossibile sit manifestum est

ponam q corp⁹ dividat ī duas medietates

Et manifestum est q dicere q ens significat vnum. et q contradictoria non possunt esse insimul impossibile est ut non ens habeat essenciam racionis. et non est vnum. et non est verum. Nichil enim prohibet ut non sit simpliciter. sed non ens erit non aliquod ens ex quo se

Definet aut dissolui in puncta

Quicq̄ est preter ens habet aliquā eēnaā

Non possibile est cōtēdictionē esse

Non dicit ens significare vnum

Nichil prohibet ut entia sint plura

Si non fuerit hic aliquod ens

plato dicit magnum et parvum

quitur ut dicit q si hic non fuerit aliq̃d habens essenciam preter ipsum ens omnia erunt vnum sit impossibile. nullus enim intelligit per hoc nomen ens. nisi illud quod est ens. et sic nichil prohibet ut reputo ut entia sint plura ut predictum est. Quoniam autem impossibile est ut ens sit vnū hꝫ modo manifestū est.

¶ Dicit et manifestum est ⁊c. idest manifestum est q si aliquis ponuent q ens significat vnum. et q impossibile est ut contrarie dicta congregentur insimul saltem esse et non esse et existimauerunt q ex istis propositionibus non sequitur q illud quod nō est illud ens non habet essenciam. et manifestum est q existimacio ens non est vera. Deinde dedit causam in hoc et dixit. nichil enim prohibet ⁊c. idest nichil prohibet ut illud quod est non ens. quod dictum est vno modo non sit non ens simpliciter. sz non illud quod significatur per hoc nomē ens. idest non simile ei. Deinde dixit ergo necesse est ut dicatur ⁊c. idest ergo necesse ē ut sermo dicentis. q si non fuerit hic aliq̃d ens non habens essenciam in rei veritate saltem sicut essenciam entis. omnia erunt vnum sit sermo impossibilis. possibile est enim ut aliqua sint que non habent essenciam similem essencie entis. Deinde dixit nullus enim intelligit ⁊c. idest. nullus ē intelligit per hoc nomen ens. nisi ens qd est ens primaliter et vere saltem substancia. et cum illud ens verum sit vnum. possibile est ut entia que sunt sub eo in esse sint plura. Deinde dixit quoniam autem impossibile est ⁊c.

empedocles et anaxagoras

q̃dā compositi ens vnū genꝰ subiecti

ponit istud vnū sbm ⁊ materiā

reiꝰ est ad contradicēdū opinionibꝰ naturalibꝰ

ꝛnales dicūt hꝰ noīe ens q primo

Iciunt autem physici dicunt duo nodi sunt. hyquidem enim vnum faciunt quod est corpus subiectum. aut truū aliquid. aut aliud quod est ignis quidem tenuius. aer autem subtilius. alia autē generant densitate raritate multa facientes hec autem sunt contraria. vniuersaliter autem excellencia et defectus sicut magnum dicit plato et parvum. nisi q hic quidem hoc faciat materiam. vnum autem speciem. Alii vero vnum quidem subiectū materiam. contraria autem differencias et species. Quidam autem ex vno uniuersis contrarietates segregant quemadmodum Anaximandros dicit et q̃dammodo aīt vnum et multa debent esse sicut Empedocles et anaxagoras ex communione nāq̃ segregant alia. Differunt autem ab inuicem in eo q hic circulacionem faciat hominis hic autem semel. hic quidem infinitas similes partes et contrarias. ille vero quatuor elementa solum

¶ Quod autem dicunt naturales. ē duobus modis. Quidam enim composuerūt ens. vnum genus subiectum. aut vnum trium. aut aliquid densius igne et subtilius aere. Attribuunt alia densitati et raritati. et posuerunt ea multa. et hec duo sunt contraria. Et vniuersaliter addimo et diminuco secundum sentenciā platonis in magno et parvo. Sed plato ponit hec duo loco materie. et ponit vnum loco forme. isti autem ponunt istud vnū subiectum materiam et ponunt duo contraria. differencias et species. et quidam dixerunt q contraria sunt existencia in vno. et ex eo resoluuntur et exeunt ut dicat Anaximandros. et similiter etiam q̃ dixerunt q entia sunt vnum et plura. ut empedocles et anaxagoras. isti enim attribuunt existencia aliarum rerum dissoluciones que sit ex mixto. sed differunt qm̃ ille dicit hoc esse interpositione istꝰ autem dicit hoc esse secundum. Amplius ille dicit q partes consimiles sunt et infinite et contrarie. Istꝰ autem dicit contraria in eis que apud ipm dicuntur elementa tantum.

¶ Quum contradixit opinionibus naturalibus non essencialibus in hac arte secundum dispositionem. reuersus est ad contradicendum opinionibus naturalibus dicens ab eis qui credunt principia esse. et vtuntur hoc noīe ens pro principio. et qm istorum dicit q ens est vnum. intendit q principium est vnū et qm dicit entia esse plura. intendit principia esse plura. et incepit Arist. in opinionibus istorum ab opinione dicentis principium esse vnum et dixit quod autem dicunt naturales ⁊c. idest naturales autem qm vtuntur hoc nomine ens pro principio et dicunt q ens est vnum in qualitate generacionis sunt bipartita. isti enim conuenient in hoc quod dicunt q ens. scilicet principium est vnum. aut vnū trium ele

mentorum·quoniam quidam dicunt q̄ ist
tud principium est ignis et quidam aer·t
quidam aqua·aut aliquid medium inter ig
nem et aerem·densus igne et subtilius aer
sed dum sint un modo generationis rerum
q̄ hoc principio vno in duas sectas·quida
rum ponunt generationes rerum q̄ hoc
principio secundum raritatem et densitatē
et ista quoq; modo ponunt principia plura
ponunt enim vnum subiectum et duo co
traria·scilicet raritatem et densitatem et
vniuersaliter addicionem et diminucōz
sub quibus collocantur magnum t par
uum que dicat plato·sed isti differunt a
platone in hoc·quoniam plato ponit hȳ
duo contraria loco materie et ponit vnū
quod est subiectum eorum loco forme·isti
vero ponunt vnum quod est subiectū ma
teriam·et ponunt contraria differencias
et species materie·scilicet quoniam vnū
ponunt pro materia·et contraria pro for
ma·et quum notificauit vnam sententiā
dicentium principium esse vnum ī modo
generationis rerum ab illo principio·re
uersus est ad secundam sententiam t dix
it·et quidam dicunt q̄ contraria ⁊c̄·idest t
quidam eorum·qui dicunt q̄ principiū ē
vnum·non ponunt modum generatio
nis secundum densitatem et raritatem·ſz
dicunt q̄ contraria et vniuersaliter omnia
diuersarum specierum et formarum sūt
existentia in actu in illo vno principio se
cundum latentiam·et generatio nichil
aliud est q̄ exitus illarum rerum latenti
um q̄ illo vno vt dixit Anaximandros na
turalis·Deinde dixit quomodo conuenīt
quidam eorum qui dicunt principia esse
plura vno cum istis in hac opinione·scili
cet in hoc q̄ generatio q̄ principijs est se
cundum dissolucionem et exitum et dixit
et similiter illi qui dicunt ⁊c̄ idest t talē
opinionem in modis generationis non
opinantur solum illi qui dicunt q̄ prin
cipium est vnum·sed qui dicunt principia
ē plura ut anaxagoras et Empedocles
isti enim attribuunt generationē rerum
exitui earum a mixto·et quum narrant
q̄ ista duo bene conueniunt in hoc idest ī
modo generationis incepit narrare in
quo differunt et dixit·et differunt ī hoc

aliq̄ densa igne et subtilius aere

plato ponit duo cōtraria loco materie

oia diuersa species et formarum

anaxagoras et empedocles attribuūt generationē rerum exitui

quoniam ⁊c̄ idest Empedocles et Anaxagoras differunt quoniam Empedocles opinatur q̄ mixtio et congregatio rerum habent tempus tēpus corrupcionis mundi·et segregatio earum habet aliud tempus. et est tempus generationis mundi et q̄ ista congregatio et segregatio semper est reuertere in infinitum Anaxagoras vero opinatur res esse mixtas tempore infinito·deinde intellectus incepit distinguere eas·et q̄ antiquior eas a mixto et q̄ hȳ erit in infinitum ayndus igitur apud Empedoclem est quandoq; et corrumpitur quandoq;·apud Anaxagoram vero est eius factus a principio sed perma nebit in infinitum·Deinde indixit alias differencias inter eos et dixit·et iste fuit et semel ⁊c̄·idest et non differunt in hoc tā tum scilicet q̄ Anaxagoras ponit generationem mundi semel·et Empedocles infinitas·sed eciam in hoc q̄ Anaxagoras dicat q̄ illa que dissoluuntur sunt partes cō similes et contraria·et q̄ ideo amodo remaneat in infinitum eo q̄ iste partes sūt infinite·quare nunq̄ cessant eyus empedocles autem dicat congregacionem et segregacionem elementorum quatuor esse ira prorum·quia apud ipsum sunt elementa eorum que sunt consimilium partium·sed apud Anaxagoram econuerso·scilicet quo nam illa que sunt consimilium partium sunt apud ipsum elementa elementor quinor

Empedocles opinat q̄ mixtio et congregatio rerū habent tempus

Mundus apud empedoclem est et quāq; corrumpitur

Anaxagoras ponit generationē mundi semel

Anaxagoras opinat sic infinita

Nichil generatur ex non ente

Dicitur autem Anaxagoras sic infinita opinari ut accipiat cōmunem opinionem physicorum esse veram tamq̄ non fiat nullum eorum·que sunt ex eo quod non est·propter hoc eorum sicut dicunt erunt simul omnia·et fieri hui modi statuerunt altrinsecus·alij autem cō gregacionem et segregacionem

Et forte anaxagoras existimauit ea esse infinita·quia opinabatur q̄ illud quod erat manifestum inter naturales est verum·scilicet q̄ nichil omnino generatur ex non ente·Quoniam propter hoc dix erunt·scilicet q̄ omnia erunt insimul in illo principio et q̄ generatio ni demonstrate·ē altrinsecus·et quidam dixerunt q̄ est mixtio et distinctio

Quum numerauit opiniones istorum de principijs et de modo generationis·in

Elementa infinita cõsimilia partium

cepit notificare illud quod mouet illos ad opinandum hoc et dixit et fuit Anaxagoras ideo ic̃ ideſt poſuit elementa infinita conſimilium parcium quia exiſtimauit q̃ propoſitio conceſſa apud naturales eſt verã ombus modis et eſt q̃ impoſſibile eſt ut aliquid ſit ex non ente omnino. Deinde dixit quoniam ꝓpter hoc dixerunt ic̃ ideſt et ꝓ hoc q̃ conceſſerũt hanc propoſitionem. dixerunt iſti q̃ omnia erant inſimul. et q̃ generatio eſt congregatio. et corruptio eſt ſegregatio. licet quidam vocent generationem rei non diſtincte alterationem quã apud ipſum generatio in rei veritate non eſt alteratio. et eſt Anaxagoras. et quidam vocant eam mixtionem et diſtinctionem et iſti magis conſentiant nominationem ſecundum intentionem ſuam

Nihil eſt q̃d totũ ſit pulcrũ album

Dicit apud eos contraria ee ſimul

Omne q̃d fit necee eſt fieri

Emplius ex eo q̃ fiunt ex alterutris contraria videmur ergo. ſi omne omne q̃d fit neceſſe eſt fieri. aut ex his que ſunt. aut ex his que non ſunt. Horum autem illud quod eſt ex his que non ſunt aliquid fieri impoſſibile eſt. de hac enim conuenerunt omnes opinione quia de natura ſunt. vtrũ quidem iam contingat ex neceſſitate putauerunt ex his que ſunt et inſunt fieri. Sed propter parcitatem magnitudinũ ex inſenſibilibus nobis videri dicunt omne in omne ineſſe. propterea id q̃ omne ex omni videbant fieri. Apparere autem diſſentiam et appellant alterum ab inuicem ex magis ſuperabundantia ꝓpter multitudinem in mixtum infinitorum ſuccrere quandoque enim totum album aut nigrum aut carnem aut os non eſſe ſed quod plus vnumquodq; habet. hoc videri ee natura re

Propt multitudinẽ in mixtũ ſuca infinitorũ

Et etiam ſi alterum contrariorum generatur ex reliquo. Quoniam quia omne generatum neceſſe eſt ut generatio ei ſit. aut ex rebus entibus aut ex non entibus et eſt impoſſibile aliquid generari ex non ente. Naturales enim omnes conuenerunt in hoc et exiſtimauerunt q̃ ſequitur neceſſario q̃ generatio ex rebus exiſtentibus in ſe et propter parcitatem corporis eorum fit generatio ex rebus inſenſibilibus apud nos. et ideo dicunt q̃ quodlibet eſt miſtum cum quolibet. Opinabantur enim q̃ quodlibet generatur ex

Quodlibet ẽ mixtũ cum quolibet

Coacti ſũt ad credendum eos gñari ex ente

res videntur diuiſe ſeparate

quolibet et q̃ illa que videntur diuerſa et dicuntur alia a ſe inuicem videntur ꝓpter illud quod habent commixtum. Quoniam ut dicunt nichil eſt quod ſit totum purum album. aut nigrum aut dulce. aut carnem aut os. ſed in vnoquoq; eorum illud quod vincit in ea exiſtimatur q̃ natum eſt illius.

Et hoc quod dicit et etiam ſi alterum contrariorum ic̃. eſt alia res que induxit eos dicere q̃ entia erant inſimul. quoniam qui opinabantur q̃ generatio eſt ex continuis. et q̃ contraria ſunt que ſunt principia oportet ut non ſint generabilia neq; corruptibilia. ideo oportet apud eos contraria eſſe inſimul et quedam eorum fieri a quibuſdam. et quum dixit illud manifeſtum dubitabile quod monet eos ad opinandum entia eſſe inſimul et q̃ generatio eſt extitus et reſolutio. incepit declarare illam ambiguitatem et quomodo excuſat Anaxa. eos qui dicunt eſſe impoſſibile. q̃ generatio eſt aliquid ex eo quod non eſt. et dixit quoniam quum omne generatum ic̃. et ſermo eius in hoc manifeſtus eſt per ſe. D. d. et propter parcitatem ic̃. ideſt excuſant ſe in hoc q̃ ſenſus contradicat huic opinioni dicentes q̃ hoc quod apparet ſenſui. ſcilicet q̃ generatio ſit ex non ente. eſt propter parcitatem partium. non q̃ in rei veritate eſt generatio ex non ente D. d. et ideo dicunt ic̃. ideſt. et quia coacti ſunt ad credendum q̃ ens generatur ex ente. et q̃ hoc apparet ſenſui eſt peractum ſenſus ex parcitate partium ex quibus eſt generatio dixerunt q̃ omne eſt miſtum cum omni. licet non appareat ſenſui. et q̃ neceſſe ee eſt omne generari ex omni. non ut aliqua terminata generentur ex aliquibus generatis terminatis. D. d. et illa que videntur diuerſa ic̃. ideſt et Anaxagoras qui eſt coactus ad credendum omne generari ex omni. excuſat ſe ex hoc quod apparet ſenſui. ſcilicet quia res videntur diuerſe ſeparate dicendo ſi q̃ res videntur diuerſe eſt ꝓpter illud quod dominatur in illa re mixta ex partibus infinitis. D. g. quoniam tunc exiſtimatur ſi eſſe aqua q̃n partes conſimiles aquoſe fuerint in eo plures q̃m alie partes infinite mixte in eo. et tũc exiſtimatur q̃ hec eſt caro quando ~~par~~

partes camose fiunt in eo plures alias partibus infinitis mistis in eo non qua in carne non sunt nisi partes camose tantum sic existimatur neq; in aqua nisi partes aquose. sed in aqua et aere. et in omni quod distinguitur. non distinguitur nisi ppter illud qđ habet dominium in eo ex partibus consimilibus infinitis in numero ñ in forma. Dicamus igitur q nichil est hic q totum sit album purum. aut nigrum purum aut dulce purum. aut caro pura. aut os purum sed vnaqueq; res existimatur esse de natura illius quod magis est in ea. et q illud est de natura cuius pura et q non est misi sola natura pura. et hoc est falsum

Igitur infinitum secundum q infinitum ignotum est secundū multitudinem et magnitudinem infinitū. ignotum quantum est quodam. secūdum speciem autem infinitum ignotū quale quodam est principijs autem existentibus infinitis et secundum multitudinem. et secundum speciem impossibile est que sunt ex his cognoscere. sic enī cognoscere compositum arbitramur. cū cognoscamus ex quibus et quantis sit

Dicamus igitur q si infinitum secūdum q est infinitum non scitur ergo illud quod est infinitum in numero autī magnitudine est quantum nō scibile Et illud quod est infinitum in forma. est quale non scibile. et quum principia sint infinita in numero et in forma. ergo nulla est via ad sciendum illa que sunt nos cum non existimamus scire compositū nisi quum scimus illa ex quibus et ex quot est compositum.

Quum nunciauit opiniones naturalium in numero principiorum et in numero generationis. incepit primo destruere sermonem dicentium ea esse infinita. ut quum hoc destruxit. incepit persequtam viam sint vnum aut plura. et si sunt plura quot sūt et posunt suū sermonē in hoc contra Anaxagoram. et si sit eadem contra democritum. qui dicit partes esse indiuisibiles modo cōmuni non proprio. quum in hoc libro et in alio dicitur de modo proprio. et incepit contradicere huic opinioni ratione logica. et dico hic logicam. idest argumentationem

illd qđ hꝫ dominiū ī ptib⁹ consimilibus

principijs aūt existētibus infinitis

democritꝰ dicit ptes ee ī diuisibiles mō cōmuni

nulla est via ad sciendū illa

cum propositiones sunt declarate in logica et sunt accepte illic pro declaratis per se. logica enim vsitatur in scientijs duobus modis. aut secundum q est instrumentum distinguens verum a falso. et hꝫ est modus proprius. aut secundum q illa que sunt declarata in ea accipiuntur pro principijs in destruendo aut construendo aliquid et ista consideratio quum vsitatur in artibus particularibus est non propria. in arte aūt vniuersali scilicet prima philosophia ē propria. et iste sermo est syllogismus in secunda figura. cuius altera propositio est posita sine medio. et secunda subintellecta est. sed cuius medium ponitur quod componitur in prima figura. et altera propositio cuius est manifesta per se. altera vero duarum propositionum que ponuntur in se secunda figura est. omne compositum ex principijs infinitis in quantitate et forma est compositum quod non scitur ex quibus componitur et ex quot secunda vero et omne compositum notum est compositum et scitur ex quot componitur et ex quibus. ergo in secunda figura omne compositum ex principijs infinitis est compositum ignotum idest quod non pōt sciri. propositio autem dicens q omne compositū notum est compositum ex principijs quorum quantitas et qualitas est nota est posita sine medio et est illa quam expriemus quum divit. nos enim existimamus nō scire ꝛc. propositio vero posita sine medio in hoc syllogismo quum dicamus q omne compositum ex principijs infinitis in quantitate et forma est compositum ex principijs ignotis. et medium est q omne quod est infinitum in numero aut in magnitudine est quantum non scibile. et omne quod est infinitum in forma est quale non scibile et sic iste sermo componitur in prima figura omne infinitum in numero aut ī magnitudine est quantum non scibile. et omne quod est infinitum in forma est quale nō scibile. omne compositum ex principijs ī finitis in quantitate aut qualitate est cōpositum ex magnitudinibus aut numeris aut qualitatibus non scibilibus. ergo in prima figura. omne compositum ex prīcipijs infinitis in quantitate et in forma

Logica vsitatur in scientijs duob⁹ modis

In arte vniuersali prima philosophia est

Omne compositū ex principijs infinitis ī q̄titate et forma

Omne compositū notū. est compositū ex principijs

Omne quod ē infinitū ī for̄ est q̄le nō scibile

ma est compositum ex punctis non sabilibus·et proposicio immo: istius syllogismi declaratur etiam per medium scilicet proposicio dicens q̄ omne compositum ex punctis infinitis in quantitate et qualitate est compositum ex magnitudinibus aut numeris aut qualitatibus non sabilibus et medium per quod declaratur hec proposicio est proposicio dicens infinitum secundum q̄ est infinitum est non sabile·et syllogismus componitur sic in prima figura·omne quod est infinitum est non sabile·sed omne quod est infinitum in magnitudine aut numero aut qualitate est infinitum·ergo omne quod est infinitum in numero aut magnitudine aut qualitate est non sabile secundum magnitudinem aut numerum·aut qualitatem·Sunt igitur tres syllogismi et sex proposiciones et duo syllogismi sunt in prima figura et vnus in secunda proposicionum autem due sunt manifeste declarate cum medio·et quatuor sine medio·Et Aristoteles exposuit ex istis duas proposiciones tertii syllogismi·que sunt manifeste sine medio quum dixit q̄ infinitum secundum q̄ est infinitum ⁊c·Deinde induxit vltimam conclusionem pertinentem ex istis tribus syllogismis et dixit et quum punctia sunt infinita in numero ⁊c·deinde exposuit alterum duarum proposicionum primi syllogismi qui est in secunda figura que est declarata sine medio nos enim existimamus nos scire ⁊c·Aristoteles igitur exposuit ex istis sex proposicionibus tres manifestas sine medio·et tres duas manifestas cum medio·quum sit in potencia in suo sermone secundum q̄ sunt conclusiones et vnam manifestam sine medio·et vide quomodo est sermo huius bom hommus breuis et forte est utilis ad quolibet verbo eius

Amplius autem si necesse est omnis pars contingit quantacunq̄ esse secundum magnitudinem et parvitatem et ipsum contingit·dico autem talium aliquam partium·in quam omnis diuiditur totum·Si autem impossibile est alis·aut plāta quantacunq̄ esse secundum magnitudinem et parvitate manifestum est quoniam neq̄ partium quamlibet esse·aut omne totum similiter partibus·puta omne et os et huiusmodi partes sunt animalis et fructus plantarum·manifestum est igitur·quoniam impossibile est omnem·a os aut aliquid aliud quantumcunq̄ esse secundum magnitudinem aut in minus aut in maius

Et etiam illud omnis pars potest esse omnislibet mensure posite in magnitudine aut in parvitate necesse est ut illud etiam possit hoc·et intelligo aliquam partem ex talibus partibus in quas diuiditur vniuersum et est vnum·Sugit impossibile est ut animal aut planta sit cuislibet quantitatis in magnitudine aut parvitate·manifestum ē q̄ impossibile est hoc etiam in aliqua parte eo Quoniam necesse est vt vniuersum sit tale et caro et os et similia sunt partes animalis·et fructus sunt partes plātarum·ergo manifestum est q̄ impossibile est ut caro aut os aut alia quecunq̄ pars sit cuislibet mensure posite ī magnitudine aut in parvitate

Iste est alius sermo per quem destruit corpora esse composita ex partibus infinitis secundum quantitatem·et abbreuiacio sui sermonis est·quoniam totum sequitur partes que sunt secundum quantitatem in parvitate et magnitudine et finite et infinite et vniuersaliter terminacione et interminacione ergo si compositum est finitum et terminate quantitatis necesse est ut partes ex quibus componitur sint finite in mensura et in numero·sed compositi sunt finite quantitatis et terminata·ergo et partes eius sunt terminate et finite·et iste sermo componitur in forma syllogismorum hypotheticorum Quum igitur dixit·quoniam omnis pars ⁊c·est quasi precedens·et intendit q̄ compositum omnis partes sit nō terminate ī quantitate·sed possibile est ut sint in quacunq̄ mensura ponantur in magnitudine aut parvitate·Deinde dixit·necesse est ut illud possit et hoc est q̄ūs·et intendit necesse est ut illud compositum ex illis partibus qui possunt esse omnisunq̄ mensure ī magnitudine et parvitate non sit eciam terminatum·sit possibile ipsum esse omnislibz

Omne compositū ex punctis infinitis

Omne q̄d est infinitū magnitudine nūo aut ālitate est infinitum

Cū puncta sint infinita in numero

Dico partes in quā omnis diuiditur totum

mensur posite in magnitudine et parui
tate. Deinde dixit et intelligo partem &c. id
est et distinguit hoc illud quod intendebat
per hoc nomen pars quia partes dicuntur
quandoq; secundum qualitatem et quan
doq; secundum quantitatem. et hoc duob9
modis. aut partes que sunt in potencia in
toto aut partes que sunt in actu in toto. et
quia non consequitur ut sequatur partes
in mensura nisi in partibus que sunt secũ
dum quantitatem et que sunt in toto ẽ ac
tu declarauit q; istud intendebat hoc per p
tem et dixit. et intelligo hoc partẽ &c. idest
et intelligo hoc per partem. partem que ẽ
de specie partium in quas totum dividi
tur secundum quantitatem et non secun
dum qualitatem sicut corpus dividitur ĩ
materiam et formam neq; partes que sũ
in toto secundum potentiam. sed partes
quas vniuersum dividitur et sunt ille q;
sunt in toto in actu. et quia indixit prece
dens et cõs. ita q; consecutio fieri est mani
festa per se. destruxit consequens et dixit
sequitur est impossibile ut animal &c. idest
et hoc intendebat concludere. Deinde dedit
exemplum de partibus compositorum. et
dixit. necesse. n. q; vniuersum sit tale et ca
ro et os &c. idest necesse est cum ut totum
sit in dispositione partium ut caro et os et
similia sunt partes animalis et fructus
et similia sunt partes plantarum. Dein
de dixit. et manifestum est. quoniam im
possibile est &c. idest et quia totum in com
positis sequitur partes in hoc q; sunt ter
minate aut interminate et totum quod
est animal aut planta est terminatum.
necesse est ut partes eius idest caro et os et
fructus sunt terminata. et manifestum ẽ
q; qui dicat q; in carne sunt partes infini
te. et q; exitus earum est in infinitum. o
pinatur q; partes ex quibus animal com
ponitur aut planta sunt non terminate
ex quo sequitur ut totum etiam sit nõ ter
minatum

Amplius si omnia insunt quidem
huius modo innatum et non fiunt. sed se
gregantur cum insunt dicuntur autẽ et
a plurimo. fit autem ex quolibet quod
libet ut ex carne aqua segregatur. et ca
ro ex aqua omne autem corpus finitũ

ptes q̃ sũt i potencia a tactu z toto

totum i compositis sez partes

fit autẽ ex quolibet qd libet

resecatur a corpore finito. manifestum est
q; non contingit in vnoquoq; vnumquod
q; esse remota omni ex aqua carne et ter
ra alia facta ex reliqua segregabitur
quamvis semper minor est segregata si
tamen non extollit magnitudo parui
tatem. quare si quidem stabit segregacio. ĩ
omne in omni erit in reliqua omni aq̃ ĩ
mixta caro. si vero non stabit sed habebit
semper remocionem infinita magnitu
dine equalia finita manent infinita se
cundum multitudinem. hoc enim im
possibile est

Et etiam si ista generen et similia sĩ
omnia existentia aut quedam in quib9
tam et non generantur sed dissoluunt
et exeunt et non nominantur nisi secũ
dum illud quod vinat in eis. et omne
generatur ex omni verbi gratia. ex car
ne aqua que resoluitur et ex aqua caro
et omne corpus finitum consumitur a
corpore finito. manifestum est. quoniã
impossibile est vt vnaquaq; rerum exis
tat in vnaquaq; re. Quãdo quidem exit caro ex a
qua. dato ex aqua residua generatur alia
caro secundum resolucionem. tunc et
si illud quod exit ex carne sit semper mi
nus. tamen caro necessario pertransit ĩ
parvitatem magnitudinem determina
tam ex quo sequitur aut ut cesset reso lu
cio. et sic non erit omne existens in omĩ
quoniam in aqua residuum non erit
caro. aut non cesset. sed in ea erit quod sẽ
per resolvitur. et sic in magnitudine ter
minata non erunt magnitudines eq̃
les finite sed infinite in numero quod ẽ
impossibile.

Iste sermo potest esse contradictio terti
qua destruit q; generacio sit semper secun
dum exitum. et ut quodlibet sit in quolib9
ut dicant. et potest fundari super illud qd
predictum est. scilicet q; hic sunt partes ter
minate in parvitate. sed est alia racocinia
cio. et abbreuiacio istius sermonis est q;
si species corporum consimilium fuerint
omnes in se invicem. et nichil generetur
ab aliquo. sed exeunt ex se invicem ut di
cunt. quia quodlibet est in quolibet. sed
vnumquodq; eorum nominatur. secun
dum illud quod vinat in eo. et ideo quid

Manifestũ est q; no cõtingit ĩ vnoquoq; vnumquodq;

Nõ noiant nisi id quod vinat in eis

Ex quo sequit ut cesset resolucio aut nõ cesset

Si spes consimilium corpũ fuerint ĩ se invicem

Ome corp finitu ai er eo exit tandẽ cõsumit

libet generatur ex quolibet verbi gratia · q̃ manu ex carne generatur aqua que resolut et exit semper · et ex aqua exit caro · et est ita gula q̃ omne corpus finitum quando ex eo exit corpus finitum multotiens necessario consumet illud · quare impossibile est ut ꝺ libet sit in quolibet · generatio cum secundũ hunc modum necessario cessabit · quoniam quando ex aqua exit caro · deinde ab ea exit alia caro et sic in infinitum · necesse est aut ut exitus cesset aut in corpore finito sint corpora equalia infinita · quoniam non potest aliquis dicere q̃ quum ex aqua exierit prima caro · deinde exiit alia caro q̃ illa caro secunda non erit minor prima secundum minorationem aque per exitum prime carnis · et similiter tertia caro erit minor secunda secundum minorationem aque per exitum secunde carnis · et q̃ hoc procedit in infinitum scilicet parvitas aquẽ et parvitas aque exeuntis · caro enim habet in parvitate magnitudinem terminatam quã non pertransit · scilicet q̃ non inuenitur caro habens magnitudinem minorem illa · ista igitur magnitudo terminata que est carnis quando exit ex aqua semper necesse est alterum duorum · aut ut cesset generatio aut in magnitudine finita et terminata scilicet in aqua erunt magnitudines equales infinite · et est minor magnitudo carnis minima quod est impossibile · Deinde dixit et etiam si ista genera ꝛc · id est species corporum consimilium quas ponit · Anaxagoras pro elementis verbi gratia · caro et os et vniuersaliter corpora quorum diffinitio tota et pars est eadem · Deinde dixit · et non generantur ꝛc · id est et iste partes non generantur ex inuicem secundum transmutationem · sed secundum q̃ exeunt a semine ante exitum erant in semine · sed vnum quodq; eorum trahitur diuersum ab altero secundum illud quod dominatur in ipso · Deinde dixit quoniam et si illud quod exit ꝛc · id est quoniã q̃ posuimus q̃ illud q̃ ex carne secunda exit est minus primo · et tertium est minus secundo · et quartum est minus tertio · et manifestum est per se et declaratum etiam q̃ caro habet mensurã terminatam in parvitate quam pertransit necesse est alterum duorum · aut ut generatio

si sermo est ī forma sil logismi potetiua

carnis de finiata est ꝑtitas in magtudie

;s manifestũ est ut ex minima carne exeat corp

Ut cesset generatio ī aq̃ erit magtudies infinite

Partes ille nõ generat ex inuicem 2m transmutationem

manifestũ est ꝙ quãtitas carnis est terminata magtudie et parvitate

Caro hꝫ mensurã terminatã ī parvitate

cesset ut in corpore finito sint corpora equalia infinita · et iste sermo est in forma syllogysmi hypothetica cuius precedens est · et etiam si iste generen ꝛc · id est consequens ãt est q̃ impossibile est ut quodlibet sit ī quolibet ꝛc · et sermo resedimus declarant ꝙ etiam ꝛc

Adhuc autem si omne quidem corpus remoto quodam minus necesse est fieri · cuius autem determinata est quantitas in magnitudine et parvitate · manifestum est ex minima carne nullum segregabitur corpus · erit enim minus minima · Amplius autem infinitis corporibus inest vtiq; iam caro infinita et sanguis et cerebrum · separata tamen ab inuicem · nichil autem minus sunt ea que sunt et infinitum vnumquodq; est hoc autem irrationabile est

Et cum hoc si omne corpus quando ex eo diminuitur aliqua pars necessario fit minus et quantitas carnis est terminata in magnitudine et parvitate · manifestum est quoniam impossibile est ut ex minima carne exeat corpus omnino · quoniam si ex ea diminuitur aliquid erit minus minima · et etiam necesse est ut in corporibus infinitis sit caro infinita · et sanguis infinitus · et medulla infinita · et vnumquodq; eorum non est minus illo in hoc quod est infinitum · et hoc est extra rationem

Et hec est etiam quarta rationum qua contendit ut generatio sit secundum exitum corporum in infinitum · et dicat · et ꝙ sit manifestum per se q̃ omne corpus quando ex eo diminuitur aliquid sit minus · et etiam est manifestum per se q̃ quantitas carnis est terminata in magnitudine et parvitate · manifestum est etiam q̃ ex minima carne · scilicet qua nulla caro est minor · impossibile est exire corpus consimile omnino · nam quando exitus procedit semper est minoratio corporis ex quo est exitus procedit semper · necesse est ut illud corpus a quo exeunt hec corpora perueniant ad minimam quantitatem illius speciei corporis et tunc erit impossibile ut ex eo exeat aliquid · quoniam tunc fieret minus q̃ debuit esse · quod est contra positum ergo necesse est ut cesset exitus · et quum compleant hec

contradictionem induxit eam quantam ra
tionem qua contradicat eam ut quodlibet
sit in quolibet·et ut cyrus a quolibet sit in
infinitū et dixit·et eā necesse ē ic̄ idest et eā
necesse ē si cyrus ab vnoq̄q corpore q̄ simu
lū infinitorū fuerat infinit⁹ necesse est ut in
vnoquoq; istorum corporum infinitorum sit
corpora infinita·eam in quantitate et q̄li
tate·et erunt hec corpora infinita necessario
distincta ab invicem in loco et in vnoquoq;
infinitorum istorum existentium; in vnoq̄
q̄ infinitorum erunt eam corpora infini
ta in quantitate et qualitate distincta ea
am in loco·et similiter eam in vnoquoq;
istorum erunt corpora infinita·et sic infi
nita erunt in infinita infinitates quod est
contra rationem·scilicet infinita multipli
cari per infinita

Nequaq̄ autem segregandum esse
nec lacertus dicatur·verū autem dica
tur q̄ non omne·passiones eā inseparabiles
sunt·si igitur nisi sunt colores
et habitus·si segregantur·aut aliquod al
bum et sanatiuum·non alterum aliquid
quam sit neq; de subiecto·Quare inconue
niens est et impossibilia quarens intellec
tus·si vere velit siquidem segregare·hoc aūt
facere est impossibile et secundum quan
titatem·et secundum qualitatem·secun
dum quantitatem quidem·quia nō est
minima magnitudo·secundum quali
tatem autem·quoniam inseparabiles
sunt passiones

Hoc autem qd̄ dicat q̄ res nunq̄ disti
guantur est sermo sine distinctione·sed est
vanus·passiones eā sūt inseparabiles + q̄ corpora + forme sūt insita si distinguātur·tūc
albedo erit existēs·et sanitas erit existens
per se sine indigentia alicuius alterius
existentis·et absq; eo q̄ sunt in subiecto·et
ideo intelligentia erit vilis que queunt ī
possibile·quam vult distinguere quod nō
potest·neq; in quantitate neq; in quali
tate·in quantitate vero·quoniam ī pos
sibile est ut sit magnitudo·qua nulla ē
minor in qualitate vero·qua passiones
sunt inseparabiles

Quam complent contradictionem cōtra
anaya·et notificant quid collocetur in eo
de falso·incepit notificare quid est in eo
de veritate et dixit·hoc autem quod dixit
ic̄·idest quoniam est sermo verus secundū
partem non secundum totum·scilicet hoc
quod dixit q̄ res non distinguuntur neq;
separantur·et dixit q̄ est sermo sine disca
tione·quia non distinguebat accidentia a
subiectis et corporibus hoc enim quod dix
it quodlibet est mixtum cum quolibet cyr
git mixtionem corporum ad invicem·et
mistionem corporum cum accidentibus·
quia corpora et accidentia sunt duo et ideo
sermo eius in quo dixit q̄ res non distin
guntur est verus secundum partem·scilicet
q̄ accidentia et substantie non possunt se
parari ab invicem·et secundum hoc q̄ exis
timatur q̄ causa in hoc est quia qualita
tes multum fortiter sunt mixte cum corpo
ribus·non quia apud ipsum sunt corpora
sed quia qualitates sunt accidentia non se
parabilia·et intendit hic per passiones ō
nia accidentia·et quum notificauit q̄ ser
mo eius est verus in accidentibus et corpo
ribus·incepit declarare hoc·et quomodo se
quitur q̄ hoc sermone eius et dixit·et q̄a
corpora ic̄·idest et quia corpora et qualita
tes in opinione istius viri·aut secundum
q̄ sequitur q̄ suo sermone sunt mixta sic̄
mixtio corporum consimilium parium ē
invicem quum nondum distinguebat mis
tionem·quum existimabat q̄ mixtio corpo
rum se invicem est sicut mixtio accidentiū
cum corporibus·et manifestum est q̄ non
est ita·et q̄ continuatio accidentium cū
corporibus si dicatur mixtio·tamen ipos
sibile ut mixta separentur in eo·quoniam si
separentur erunt accidentia existentia per
se·et sic albedo erit existens per se et simili
sanitas sine indigentia ad hoc q̄ sit in cor
pore·et accidentia vniuersaliter non erunt
in subiecto quod est impossibile·et quum de
clarauit veritatem istius sermonis ī quo
dixit q̄ res nunq̄ distinguuntur·declara
ut eam improbabile contingens a si cō
cedatur secundum totum et dixit·et ideo ī
telligentia erit vilis·idest et contingeret ~~An~~
Anaxagoram in hoc quod dixit q̄ omnia
sunt mista ad invicem tempore infinito
Deinde intelligentia que apud ipsum ē
generans dividit et separat ea ab invicē
sed ista divisio et separatio nunq̄ cōplet

exit corpora infinitorū fiunt infinita

infinita erit infinita infinitates

intelligentia erit vilis q̄ queunt ī possibile

impossibile ē 2m q̄litatē et q̄litatem

Sermo ē verus 2m partem et non totū

Accidentia et substantie nō p̄nt separi ab invicem

Existimabat q̄ mixtio corpm se invicē est sicut mixtio accidentium

Si concedat 2m totū intelligentia erit vilis

Tale agens est valde vile

ut actio istius intelligentie sit causa · quia incepit distinguere et minimũ complebitur · tale agens est valde vile · saltem quia vnitas agens et minimũ complebitur · et dicit et non potest distinguere neque in quantitate neque in qualitate · in quantitate vero · quia partes consimiles quas intelligentia diuidit ab inuicem sunt apud ipsum infinite potentie infinita in omni omni parte quã diuidit sunt partes infinite · et sic vnitas distinguere secundum quantitatem quod nõ et distinguet · distinguere secundum qualitatem aut qualitates a corporibus est impossibile · sicut dicit et passiones sunt insensibiles

verũ qd generatur ex reliquo

Non recte autem neque generationem accipit similium spectatum · est autẽ ut lutum in lutũ diuiditur est autem ut hũ et non idem modus est ut lateres ex limo et domus ex latenibus · sic autem aqua et aer ex alternatis et sunt et fiunt

democritꝰ firmũ et mane

Latres ex limo et domꝰ ex latenibus

Neque etiam recte dixit in hoc et attribuit generationem contrariis in forma · est enim generatio secundum modũ secundum quem vnum frustum luti diuiditur in frusta lutea · et est alio modo et est alius non est vnus modus · verbi gratia · generatio lateris ex luto · et generatio domus ex latenibus · et similiter aqua et aer videtur generari ex reliquo

Dicat et Anaxagoras non bene dixit etiam in hoc et posuit generationem et elementis contrariis in forma · quum generatio sequitur ut caro sit ex multis carnibus et os ex multis ossibus · neque indigebit determinatione super hoc · est enim generatio ex partibus contrariis in forma · et similiter corruptio est diuisio et resolutio in partes contrarias in forma ut generatio frusti luti ex frustis parvis luti et corruptio eius in illa parva · est autẽ generatio alia ex rebus non contrariis in forma · et similiter corruptio ut generatio luti ex aqua et terra et eius resolutio in aquam et terram et hoc intendebat · quoniam dicit · et est alio modo · idest deinde dicit · et iste alius modus ꝛc · idest et iste modus generationis non est vnus · est · n · modus qui est ut generatio laterum ex luto et pdoli ex cupro

Generatio ex pribꝰ contrariis ẽ forma

Generatio laterũ ex luto et pdoli ex cupro

melius ẽ in hac sententia ponẽ pncipia finita

domus ex latenibus et lapidibus et homines ex membris consimilibus diuersis · est enim alius ut generatio aque ex aere · et aeris ex aqua · et est proprium huic modo generationis vtrumque quod generatur ex reliquo · et intendit in toto hoc sermone declarare quod omne quod Anaxagoras indigit in hoc est sine demonstratione

Eclus autem est numerus et finita et apparet quod verum fecit Empedocles

Omnes igitur contraria principia fecerunt dicentes · quod vnum sit omne et immobile parmenides quum calidum et frigidum principia fecit · hic autem appellat ignem et terram · et quidem rarum et densum · et Democritus firmum et mane · quum aliud quidem quod est · aliud autem sicut quod non est · esse dicatur · adhuc autem positione figura et ordine · hic generationum sunt · positione sursum et deorsum · antea et retro figura angulus rectus acutatum

Et inclus est accipere principia finita sicut fecit Empedocles · et omnes ponunt principia contraria · quia dicunt quod totum ẽ vnum et immobile · Quoniam parmenides ponit calidum et frigidum principia · et vocat hic duo ignem et terram et quidam dicunt rarum et densitatem et Democritus quum dicit plenum et vacuum · plenum vero pro ente · secundum autem pro non ente · et quum hoc dicat quod plenum est positio aut alietas qua entia diuersantur secundum positionem et figuram et ordinem et sunt contrariorum genera · ista positio vero est genus superius et inferius et posterius et anterius · figura vero est genus habentium angulos et carentium angulis et tam et totaliter

Quum destruxit ut principia sint infinita cepit ponere ea esse finita · et declarare quod ista non solummodo est verum · sed et melius etiam · Deinde queret quot sunt et dicit · et melius est ꝛc · idest et melius est in hac sententia ponere principia finita · quoniam quum ponuerint ea huiusmodi quos potest complere naturam omnium entium que sunt ex principiis · et nichil cogit ut sint infinita et dare causas entium secundum finitatem est melius · ut fecit Empedocles ·

aum posuit sex puncpia scilicet quatuor elemẽ
ta et amicaam·et litem·et quum declamant
q non solummodo est necesse ponere puncpia
finita·sed et infinita/eaam incepit quec
ver quot sunt·et posuit puncpiũ considerã
aoms in hoc ex hoc q omnes naturales
faciunt coacti a natura entis ad ponẽdũ
puncpia esse contraria non solummodo
qu eorum concedunt enaa esse plura tm̃
sed eaam qu non concedit hoc·scilicet qu
diat totum esse vnum·parmenides autẽ
dicebat hoc·qua opinabatur q enaa sũt
duobus modis vera·scilicet et existimabilia
et q vera sunt intelligibilia et sunt vnum·
et q existimabilia sunt sensibilia·et sic plu
ra·et ponebat puncpia istorum plurium
duo contraria·scilicet ignem et terram·De
inde dixit·et quidam dicunt densitatem et
raritatem·idest eorum qu dicunt puncpi
um esse vnum·aut vnum elementorũ qua
tuor·aut medium inter duo eorum·Dem
de dixit·et Democritus ꝛc·idest et eaã po
nit puncpia esse contraria in hoc qd dix
it q vacuum est inuolutum cum pleno ĩ
omnibus rebus adeo q puma rerum ap
ipsum sunt vacuum et plenum·vacuum
enim apud ipsum contrarium pleno·se
cundum contrariectatem·que est inter es
se et non esse plenum enim est ens·et va
cuum est non ens et hoc intendebat qũ
dixit·primũ vero pro ente·idest plenũ ve
ro quod est primum in esse est contrarium
vacuo secundum q est ens·et vacuũ quod
est secundum in esse contrarium est ple
no secundum q est non ens·Deinde dix
it·et quum hoc quod dicat vacuum et ple
num esse que sunt contraria secundum
esse et non esse ponit eaam in pleno alie
nationem et diuersitatem cuius vis est sic
vis contrariorum·et illa alienatio est posi
tio et figura et ordo·enaa enim qa apud
ipsum sunt vnius nature scilicet partis
indiuisibilis indigret ponere aliam rem
qua enaa composita ex partibus diuer
sentur et dixit·quomã diuersãtur his tri
bus differentiis·Aristoteles igitur dicat q
Democritus dixit puncpia esse contraria
duobus modis scilicet secundum q ponit
plenum et vacuum·et secundum q ponit
differentiaas entium secundum positionẽ

coacti a nã entis ad ponendũ puncpia ee contria

eorũ qui dicũt puncpiũ ee vnum

plenũ qd ẽ puncpiũ ẽ esse ẽ contrariũ vacuo

puncpia ee contria duob⁹ modis

et figuram et ordinem·Deinde incepit de
clarare q ista sunt genera rerum contraria
rum·et dixit positio autem est genus ꝛc·id
est quoniam positio dividitur per differen
cias contrarias que sunt superius et infe
rius et anterius et posterius·et similiter
figura dividitur per contraria secundum
esse et non esse·scilicet in habens angulos
et carens angulis·et similiter dividitur
in contrarias differencias secundum fi
nitatem·scilicet in rectum et rotundã·
rectum cum non est contrarium rotũdo
quoniam rotundo nichil ẽ oppositum·quũ
sit perfectior figurarum in veritate sed in
primo aspectu et similiter ordo dividitur
eaam per differencias contrarias scilicet
prius et posterius et taciunt ipm̃·quum ĩtel
ligitur ex illis·Et notandum est q hoc no
men contrarium sume vsitatur hic large,p
contrario et priuacione et habitu·sume sit i
re veritate sume secundum famam quod cõ
trarium secundum q ego credo nos appel
lamus despectum·

Positio dividit̃ p differencias contrarias

Rectũ nõ est contrariũ rotundo

Contrariũ large pro contrario priuatione et habitu

Quod quidem igitur contraria quo
dammodo omnes faciunt pncpia
manifestum est·et hoc racionabiliter·o
portet enim puncpia nec ex alterutris
esse nec ex aliis et ex his omnia·cõtraria
is autem pns insunt her·propter id q pri
ma quidem non sunt ex aliis·ob id vero
q sunt contraria nõ sũt ex alterutris

Manifestum est igitur q omnes po
nunt puncpia contraria·quoquomo
do·necesse est enim ut puncpia non ge
nerentur ex invicem nec ex aliis·et ut o
mnia generentur ex eis·et her existentia st
in puncpiis contrariis·secundũ autem
q sunt puncpia non generantur ex alijs
secundum vero q sunt contraria nõ sunt
ex invicem·

Necesse est ut puncpia non generentur·

Quia apparet ex sermonibus omnium
q ponunt puncpia contraria·licet non
concordant in eadem contrariectate·tm̃
universaliter concordant in hoc q sunt con
traria·et intendit notificare q antiqui cõ
cordant in hoc q sunt contraria puncpia
aut cum contrariectate,propter duo scilicet·
ut demonstret q omnes concedunt pun
cpia esse plura uno·et eaam perscrutet
de hoc quod dicunt·et ponat puncpium

Oms concedũt puncpia esse plura uno

Omis ponit pmapia cōtraria

pcsantiaoms de illo. Deinde pcsantabit post de hac contrarietate quid sit et vtrum est necesse ponere aliam naturam a contrarietate aut non. dixit manifestum est igitur ꝛc. idest manifestum ergo igitur ex hoc quod narrauimus q̄ omnes ponunt prima capia contraria aliquo modo contrarietatis licet non conuenant in hoc quis scilicet sit ille modus. Deinde incepit notificare q̄ benefecerunt et induxit racones que mouerunt eos ad dicendum hoc. et dixit. & ſ necesse est. idest necesse est enim ut prima capia ꝛc. idest quoniam sēgenerantur ex mutuo. tunc aut idem pmapium et nō pmapium simul. siue sint pmapia ad inuicem secundum reciprocacionem siue non. Deinde dixit. neq; ex alijs. & hoc manifestum est per se. ecam. scilicet q̄ p̄ ma pmapia non debent generari ex alijs. et sic essent pmapia. et non prima. Deinde induxit tertium propium. et dixit et si omnia generantur ex eis. et hoc manifestum est ecam secundum q̄ pmapia debent esse cōmunia omnibus entibus que sunt ex pmapijs. et quia demonstrauit istā propria in pmapijs. incepit eaā demonstrare et declarare illa esse in contrarijs. et dixit. et hec sunt existencia in pmapijs contrarijs ꝛc. idest necesse est enim ut non generentur ex alijs. quia sunt pmapia et non generantur ex inuicem. quia sunt contraria. contrarium enim non generatur ex contrario. idest non mutatur

Album ex nō albo

Pma pmapia non debēt generari ex alijs

q̄ oīa generent ex eis nō ē manifestū p se

entia nō inuicem q̄dlibz agēt q̄dlibet

Album ex musico 2m accidens

impossibile ē albū fieri ex musico

p contrariū q̄d ē cōmune cōtrarijs pmutationē et habitū

en illud

Sed oportet hoc in racione considerare qualiter contingat. accipiendum igitur est pmapium q̄ omniū q̄ sūt nichil neq; facere aptum natum est. neq; pati contingens a contingente. neq; fit q̄dlibet ex quolibet nisi aliquis accipiat secundum accidens. qualiter enim vnq; fit album ex musico. nisi secundum accidens. sic ex albo aut nigro musicum Sed album quidem fit ex non albo. et hoc ex non omni sed ex nigro aut medius. et musicū ex non musico. sed non ex omni. sed ex musico. aut hoc si aliquid ipsis est medium

¶ Sed oportet considerare in hoc secundum racionem quomodo sequatur. Dicamus igitur q̄ omniū entium nō q̄dlibet agit aut patitur a quolibet neq; generatur a quolibet. nisi aliquis accipiat hoc per accidens. album enim non fit album ex musico nisi accidat nigro aut albo ut sit musicus. Sed album ex non albo. et non ex omni non albo sed ex nigro aut ex medio et musicus ex non musico et non ex omni non musico. Sed ex illo quod nullam habet dignitatem in musica aut ex eo quod est alterius dispositionis si sit hic aliqua dispositio inter has duas dispositiones

¶ Quia ille tres proprietates in pmapijs iam sunt manifeste. in contrarijs vero due tantum sunt manifeste. tertia vero scilicet q̄ omnia generentur ex eis non est manifesta per se. et ideo incepit declarare hoc per inductionem. et dixit. sed oportet nō considerare ꝛc. idest sed oportet considerare in tertio proprio per inductionem. et dixit sed nō considerare oportet. scilicet q̄ omne quod generatur. generatur ex contrario. Deinde dixit dicamus igitur ꝛc. idest quoniam quia induximus omnia entia non inuenemus quodlibet agere in quodlibet. neq; pati a quolibet sed aliquod vnum terminatum agit in aliquod terminatum. et patitur ab aliquo terminato. et similiter in generacione. et vniuersaliter in omnibus transmutacionibus quorum actio et passio et quasi genus. Deinde dixit nisi aliquis accipiat idest nisi aliquis accipiat illud quod ē p se per accidens. quoniam tunc posset peccare in hoc. apparet enim q̄ impossibile est album fieri ex musico. aut ex grāmatico nisi accidat nigro ex quo fit album per se ut sit musicus aut grammaticus et hoc intendebat quia dixit nisi accidat ꝛc. sed album omne. et quod fit ex aliquo alio generatur ex illo quod est aliud et nō ex omni alio simpliciter. quoniam tunc quodlibet esset ex quolibet. sed ex aliquo alio aut contrario aut medio inter contraria. quia contraria fiunt immediata. ut quia album sit ex nigro aut colore medio inter album et nigrum. et intendit hic per contrarium ut diximus illud q̄d est commune contrarijs et pmutacioni et habitui. et ideo quia induxit exemplum

de contrarijs ſcilicet albo et nigro. mdurit alı
ud exemplum de pmutacone et habitu. t dix
it et muſicus non ex muſico. ideſt et muſicꝰ
non generatur etiam ex omni de quo dicat²
non muſicus. ſed ex illo quod eſt non muſi
cus. et eſt inmatum reapere muſicam qd' ē
homo ignorans muſicam qui nullā habz
dignitatem in ea. ſed habet potenciam ad
diſcendi illam. Deinde dixit aut ex eo qd' ē
alterius ꝛc. ideſt aut ex medio quod eſt. m
ter muſicam et pmutacionem et habitum.
et dixit hoc. non quia inter habitum t pu
tacionem inuentur medium. ſed ad ver
ficandum propoſicionem dicentem q omn
ne quod generatur. aut generatur ex con
trarijs. aut ex medio. ſcilicet in contrarijs
mediatis. et in hoc loco non curat quocū
q modo ſit ſine aliquis ponat q inter ha
bitum et pmutacionem ſit medium aut ſi
et quia notificauit q omne generatum ē
aut ex contrario aut ex medio incepit de
clarare hoc in corrupcione et dixit

Dicꝫ igitur corrumpitur in contin
gens primū ut album non ī mu
ſicum. nili forte ſecundum accidens. ſed ī
non album et in non contingens. ſed ī
nigrum aut medium ſimiliter autem
muſicum in non muſicum. et hoc non ī
contingens. ſed t ī muſicum aut ſi ipſis
aliquid medium eſt

Dicꝫ aliquid etiam corrumpitur pri
mus in quodlibet. verbi gracia. albū ī
muſicum nili hoc cadat in aliqua diſpo
ſicione per accidens. ſed corrumpitur in
non album. et non in quodlibet non al
bum ſed in nigrum aut in medium t ſi
militer muſicus corrumpitur in nō mu
ſicum et non in quodlibet non muſicū:
ſed in illud quod non habet dignitatē
in muſica aut in aliquam diſpoſicionꝫ
inter has duas diſpoſiciones

Dicꝫ etiam corrumpitur aliquid pri
cipaliter et per ſe. in quodlibet. ſed primapa
liter et per ſe corrumpitur in aliquod term
natum vnum. ſecundario vero et per acci
dens nichil prohibet ut aliquod corrūpa
tur in plura vno aut in quodlibet eorum
cum in que fit corrupcio aliud eſt p̄imum
et aliud eſt ſecundum. et eſt illud in quod
fit corrupcio mediante primo. et aliud per
accidens et eſt illud quod fit in quodlibet
ex et ab in rebus permanentibus. scilicet sb
iectis dicimus enim ex aipio fieri ydolum.
sicut dicimus q aipium fit ydolum. et hoc
proprium idiomati eorum. Deinde dixit. in
opposito vero ꝛc. ideſt. in opposito vero vtra
vtraq; prepositione. dicimus enim q ex nō
musico fit musicum. et non musicus fit
musicus. et similiter faciunt in composito
sicut dixit. et sermo eius est manifestus p se

Multipliciter autem quum dicitur fie
ri et homum quidem non simpliciter
fieri sed hoc aliquid fieri. simpliciter autē
fieri substantiam solum. secundū quod
autem aliorum. manifestum q necesse e
subiya aliquid quod fit. etenim quantū
et quale et ad alterum. et quando. et vbi.
fiunt in subiecto aliquo pter id q sola sb
stantia de nullo alio dicitur subiecto sed o
ma alia de substantia q autem substan
tia et quecunq; alia simpliciter cuius ex q
dam subiecto fiunt consideranti fiet vtiq;
manifestum. semper enim est aliquid qd
subyatur ex quo fit quod fit ut planta et

ex animalia ex femine

Et quia generatio dicitur multis modis et sunt quedam que non dicuntur fieri aut generari simpliciter. sed dicitur hoc fieri hoc aut generari. dicitur autem simpliciter fieri aut generari in substantijs tantum. in alijs vero manifestum est q necessario indigent aliquo subiecto quod est generationis dicere enim generari. aut fieri in quãto. à in quali et in relatione. et in quando. et in vbi non dicimus. nisi quando imaginati fuerimus aliquod subiectum. quia sola substantia non dicitur de alio subiecto omnino. alia vero omnia dicuntur de substãtijs. et apparet per consideratione q̃ substantie et omnia entia simpliciter indigẽt in generatione subiecto. est enim hic semp subiectum ex quo fit generatio generata. vt homo vel arbor. Cum animalia et vegetabilia generantur ex spermate et semine

Idest quia generatio dicitur multipliciter sunt enim quedam que non dicuntur generari simpliciter. sed generari hoc aut fieri hoc. et sunt accidentia. generari autem simpliciter proprie est substantie. manifestum est q necessario indiget aliquo quod dicatur generari. Deinde dedit causam in hoc. et dixit. dicere enim generari ꝛc. idest et causam hoc q subiectum apparet in istis rebus. scilicet accidentibus est. quoniam quum dicimus. q̃le tum aut quale. aut ad aliquid. aut vbi. à quando. non dicimus nisi quando imaginati fuerimus aliquod subiectum vnius cuiusq eorum. quoniam ista dicuntur de substantijs. substantia enim sola non dicitur de subiecto. et quum ponunt q subiectum trãsmutationis in alijs predicamentis preter substantiam est manifestum per se. inceptr declarare q similiter apparet in substantia et dixit et apparet per considerationem ꝛc. id est et ex natura generationis apparet illi q considerauerunt q substantie et omnia generabilia indigent in generatione in eo q est generatio aliquo subiecto. omnia enim habent aliquod subiectum ex quo generãtur. Verbi gratia. in substantia. et est sperma animalium et semen vegetabilium. et dixit hoc. quia perfecte apparet q in spermate est aliquid animis proportio ad animal generatum ex ipso est sicut proportio substantie

demonstrate ad album et nigrum. et vniuersaliter ad predicamenta accidentis quẽ admodum enim generatio albi secundũ q est motus indiget primario opposito ex q generatur. ex quo fit motus. et termino subiecto motui. similiter est in alijs generationibus. et similiter partes oppositę successiue recedunt a subiecto et fiunt in ipso pres generati. similiter est et in substantia. in sperimate enim apud generationem hominis non cessant partes spermatis recedere et partes fieri hominis donec forma humana perficiatur. et hoc si forma recepit partitionem. si autem non. istud necessario accidit in accidentibus propijs forme generate vnde necessario generatio sequitur alterationem et quia subiectum esse necessarium in substantia apparet etiam inductione incepit nostra

Haec hoc et dixit

unt autem que fiunt simpliciter alia quidem transfiguratione ut statua. alia vero appositione ut que augmentantur. alia vero subtractione ut ex lapide marmus Compositione autem alia. ut domus. alteratione vero alia ut que conuertuntur secundum naturam. omnia ante que hic fiunt. manifestum. quoniam ex subiectis fiunt

Et illa que generantur. quedam per transmutationem figure. ut idolum ex cupro et quedam per additionem ut illa que augmentantur. et quedam per diminutionem ut ex lapide hominis. et quedam per compositionem ut domus. et quedam per alterationem. ut illa que mutantur secundũ materiam manifestum est igitur q generatio secundum istos modos est ex subiectis

Et apparet per inductionem q generatio indiget necessario subiecto. non solum modo in naturalibus. sed et in artificialibus. generatio enim aut est in qualitate. ut idolum ex cupro. aut in quantitate. ut augmentũ et diminutio. aut secundum compositionem ut domus ex lateribus et lapidibus. aut secundum transmutationem que est ipsa substantia. et hoc intendebat quum dixit. et quedam per alterationem. ut illa q̃ mutantur secundum materiam. idest quorum materia transmutatur. et omnia ista videtur esse ex subiecto. et necessario est. ut om-

simpliciter fiat generari in suis tribus

subiectum apparet in istis rebus

in sba est sperma aīa lium et semẽ vegetabilium

Partes opposite successiue recedunt a subiecto

Que fiunt fiunt transfiguratione appositione aut subtractione

Illa q̃ generãt fiunt p additionẽ diminutionẽ et p compositionem

Gnãtio enim aut est in qlitate aut in qntitate

Vere due tñsmutationes conuenit̄ in ſbia et ī am.bo

ne generatam ſit er ſubiecto et in ſubiecto et verificat hoc inductione, et hé due tranſmutationes. ſaluet que eſt in accidentibus rei. que eſt in ſubſtantia conuenimus in hoc. qñ ſunt alteratio eiuſdem rei de vna qualitate in aliam. et de vna diſpoſitione in aliam ſi qua viderint q̄ quando res tranſmutantur in quibuſdam iſtis diſpoſitionibus ſtatim nomen et diffinitio eius tranſmutabunt. et in quibuſdam non. vocauerunt primū modum tranſmutationem in ſubſtantiā et alterationem ſubſtantialem. et vocauerunt iſtas diſpoſitiones ſubſtantiales. Secundum vero tranſmutationem in qua nec q̄ nomen rei nec eius diffinitio tranſmutatur. vocauerunt alterationem accidentalem. et cum conſiderauerunt illud qđ fert vtriq; tranſmutationem. inuenīt ipſum idem numero. et eſt corpus demonſtratum videmus enim idem corpus ī eodem loco tranſſerri de calefactiue in terreſtreitatem. et de terreſtreitate in vegetabilitatē. et mutabitur nomen eius et diffinitio et videmus enim ipſum tranſſerri de albedine in nigredinem. ſed non amittit nomen et diffinitionem. et ex hoc ſatur q̄ corpus qđ eſt ſubiectum iſte tranſmutationi permanet in nomine et diffinitione. et q̄ eſt eius diſpoſitio ſubſtantialis qua fit vnum numero. corpus autem cuius nomen et diffinitio mutantur per tranſmutationē diſpoſitionum. non eſt vnum per diſpoſitionem exiſtentem in ipo dātē a nomē et diffinitionem propriam. vnde neceſſe eſt ut iſtud ſubiectum ſit vnum. quia non habet formam dantem nomen et diffinitionem vnam. et eſt neceſſe etiam ut tres dimenſiones que videntur inſeparabiles ab ipo et eedem numero que dicuntur corpus. ſint accidentia et vnum. quia ſubiectum eorū non habet nomen neq; diffinitionem vnā numero. non per ſubiectum habens formam ſubſtantialem. quoniam ſi eſſēt de diſpoſitionibus ſubſtantiae non mutatur nomen iſtius ſubiecti neq; eius diffinitio per mutationem aliquius diſpoſitionis eius et eſſet tota tranſmutatio in accidentibus. et quia ita ſit eſt igitur vnum ſubiectum numero non habens diſpoſitionē ſubſtantialem. ſed habens naturam rei

pma tia et p.m hyle

qđ defert dimenſiones ſbm habēs

ocm tñsmutationē dē gñe alterationis

corp celeſte caret potēcia

ſubiectū ad hoīem et figurationē

pienda iſtas diſpoſitiones ſubſtantiales ē igitur in potentia eius omnes diſpoſitiones ſubſtantiales et accidentales. et hec dicatur prima materia et primum hyle. eaq̄ manifeſtum eſt q̄ iſta materia non denudatur a corporeitate. quoniam tunc haberet diſpoſitionem ſubſtantialem. et haberet nomen et diffinitionem. et ex hoc patet q̄ qui ponit hanc materiam eſſe corpus peccat. et ſimiliter qui ponit illud quod defert dimenſiones ſubiectum habens formam in actu ut exiſtimat Auicenna. et ſi quidem verificato dicamus q̄ generatio et corruptio aut eſt alteratio in ſubſtantia aut congregatio et ſegregatio. et quomodo dicimus fieri non erit niſi ex aliquo. et ideo antiqui conuenerunt in hac propoſitione. et quia non intelligebant naturā iſtius ſubiecti negauerunt quidam generationem et corruptionem. et quidā poſuerūt omnem tranſmutationem de genere alterationis et quidam appropriauerunt generationē et corruptionem et congregationem et ſegregationem. q̄ autem individuum ſubſtantiae. ſcilicet compoſitum ex materia et forma fit et tranſmutetur ſecundum totum de nō eſſe in eſſe ſine aliquo deferente tranſmutationem. impoſſibile eſt omnino niſi non ē individuum compoſitum mutaretur in eſſe individui ſubſtantiae compoſiti et moueri in hac eſt ſuperfluum. et quia corpus celeſte caret potentia ad aliquam diſpoſitionem niſi potentia generationis ideo iſtud ſubiectum caret potentia. et quia caret hoc ſubiecto. ideo caret forma que ſuſtentatur per hoc ſubiectū et fuit neceſſe ut forma eius eſſet ſubtracta ab hoc ſubiecto. et tunc non haberet conſtitutionem per corpus celeſte. ſed corpus celeſte cōſtituitur per illam ut ſacies alibi.

¶ Manifeſtum eſt ex dictis eſt. quoniā quod fit ſemper compoſitum eſt. et eſt quidem aliquid quod fit. eſt autem aliquid quod hoc fit. et hoc dupliciter aut a ſubiectum aut oppoſitum. dico autem oppoſitum quidem non muſicum. ſubiectū autem hominem et configurationem. et inordinationem et informationē oppoſitum. os autem et lapidem et aurum dico ſubiectum

¶ Declarantum eſt igitur ex dictis q̄ om

Subiectū corū non habet nomē neq; diffinitionē

Cū ita ſit ē vnū ſbā numero

Corp qđ ē ſubiectū tranſmutationis

ne generatum semper est compositum ex aliquo quod generatur et ex aliquo quod est generatum. et hoc duobus modis aut subiectum aut oppositum. et per oppositū intelligo non musicum et per subiectū homuncu. et similiter etiam non figura et non idolum. et non ordo est oppositum cupreum vero et lapis et aureum est subiectū

Intendit per illud quod generatur formam. et quum dixit et hoc duobus modis. ī mut illud quod generatur dicamus cum subiectum fieri hoc. et similiter oppositum secūdum q̄ predixit. sed generatum in rei veritate est compositum ex forma et subiecto. oppositum vero quod est non esse est de necessitate generationis. quoniam necesse est ut non esse precedat generatum. et si non. nō esset generatum. sed non esse recedit a formā et remanet subiectum. et sic generatum in rei veritate est compositum ex materia et forma. quomodo igitur dixit q̄ omne generatū est semper ꝛc. Deinde diuisit illud qđ dicitur generari in duo. in non esse et ī subiectum. et non esse recedit a generato quod est forma. forte igitur intendit per generatum. non illud quod est completum iā. sed illud quod est in via generationis. in hoc enim exigiuntur subiectum. scilicet et pars de non esse et pars de forma. et sic generatum secundum hoc erit compositum ex tribus generatum vero completum est compositum ex duobus tantum. scilicet subiecto et formā. et si istud subiectum nunq̄ est extra non esse sed non esse quod semper est communiter cum forma est privatio forme oppositę illi forme. aut semo cuius ex aliquo. quo generatur ex eo erit de dispositione generati. in qua est compositum ex aliquo quod generatur. et ex aliquo quod est generatum et est audeniaus D d. et intelligo per subiectum. idest subiectum musice. Deinde dixit cuprum vero et lapis et aurum sunt subiectum. idest habentium figuram et idolū et ordinem quibus sunt opposita. non figura et non idolum et non ordo que sunt in eis ante figuram et idolum et ordinē

Manifestum igitur q̄ liquidem sunt cause. et principia eorum que natura sunt ex quibus primis sunt et fiunt non secundum accidens. sed vnumquodq; quidem dicitur secundum substantiam quod fit ex subiecto et forma. cōponitur enim musicus homo ex homine. et musico quodammodo. resoluens enim racionēs in racionēs eorum

Manifestum est igitur q̄ si cause et principia existentia naturaliter sūt illa ex qb' primo sunt aut generantur non accidentaliter. sed secundum intencionem quā intendimus per vnumquodq; eorum in sua substancia. tunc generacio cuiuslib; est ex subiecto et racione. Dicit enim hominem musicum. est compositum ex homine et musico quodam modo compositionis. potes enim resoluere vtrūq; sermonem in suas diffinitiones

Quum declarauit q̄ principia sunt tria. forma. et priuacio et subiectum. et q̄ ista exigiuntur in generatione. incepit notificare que eorum sunt per se. et que per accidens et dixit. manifestum est igitur. q̄ si cause et principia existentia naturaliter sunt illa ex quibus primo fiunt illa quorum sunt principia aut generantur si sint innata generari. et hoc non per accidens sed per se et est vt vnumquodq; eorum habeat rem in substancia compositi. et hoc intendebat quum dixit sed per intencionem ꝛc. idest. sed sunt principia secundum intencionem quam intelligimus ex principijs que sunt pars substancie rei. et quum induxit sermonem qui ē qua si precedens induxit illum qui est quasi consequens et est q̄ omne est ex subiecto et forma tantum non ex priuacione et tacuit de precedente illud per quod apparet consecucio consequentis. et est q̄ ex subiecto et forma fit generacio rei per se. et syllogismus componitur sic. si principia naturalia sunt illa ex quibus generantur generabile per se et principaliter et talis est dispositio forme et subiecti. necesse est ut omne generabile generetur ex forma et subiecto. Deinde dedit exemplum et dixit. dicere enim hominē musicum. ꝛc. idest ex subiecto et forma et ista qđ dixit. de qualitate intelligendum est ī substancia. sed induxit exemplum in qualitate que est notius. Deinde dixit. potest enim ꝛc. idest potest enim dissoluere racionē materie et forme. et distinguere eas secundū diffinitionem. licet non in esse. non enim

separantur a se inuicem ni esse licet separan
tur ratione

Manifestum igitur est q̄ sunt que si
unt ex his. Est autem subiectum inuicem
quidem unum. specie vero duo. homo qui
dem et asinus et omnino materia inuicem
mobilis. hoc autem aliquid magis et non se
cundum accidens ex ipso sit quod sit p̄ma
no autem et contrarietas accidens. unum
autem species ut ordinatio aut musica. a
liorum aliquod sic predicamentum.

Declaratum est igitur q̄ generatio ni
hilibet quod generatur est ex illis duob⁹
sed subiectum in numero vero est unum.
in forma autem duo. homo enim et as
inus. et universaliter materia est inuice
mobilis et potest innumeram. quia est dig
nior ut sit demonstrata. et quod generā
tur ex ea non generatur per accidens. pri
uatio autem et contrarietas est per ac
cidens. forma vero est aliud. ut ordo et mu
sica. aut alia eorum que predicantur hu
modo.

Quum declarauit q̄ omne generabile ge
neratur per se ex subiecto et forma. incepit
etiam declarare quomodo accidit subiecto
priuatio et dat differentiam inter illa quā
ignorauit Plato. quare non distinxit in
materiam et priuationem. et dixit. est ex is
tis duobus secundum rationem duo. licet
sit unum secundum subiectum. est ē enim
priuatio. Deinde dixit. homo enim et asi
nus. idest et prima materia est aliud a pri
uatione quia ita se habet ad res sicut hō
ad musicam. et asinus ad annulum. et ho
mo et aurum et universaliter materia se
cundum q̄ est materia numeratur in en
tibus q̄ non est in priuatione. licet materia
non sit aliquid in actu secundum q̄ ē ma
teria. tamen dignior est ut sit aliquod de
monstratum q̄ priuatio. idest tamen pri
us quia est dicere esse in actu q̄ priuatio et
dixit hoc. quia prima materia multum
admiscetur cum priuatione. Deinde idem
ut secundam differentiam et dixit. et quod
generatur ex ea &c. idest et priuatio eadem
differt a materia. quoniam generatum ē
ex materia per se. quum sit pars eius. ex p̄
uatione autem est aliquid per accidens.
quum non remanet. ita q̄ sit pars gener
ti et intelligendum est hic per accidens et ne
cessarium. illud enim quod est per accidens
aliud est necessarium. aliud nimirum. quia
est necessarium generationi. quia necessario
precedit generatum. sed quum attribuitur ſb
stantiae generante inuenietur primarium p
accidens. sed universaliter non separatur a
materia. sed quandoque materia admis
cetur cum aliqua forma tantum admisceb
tur cum privatione forme oppositi illi. et ip
sa eadem non habet in se formam propriā
neq; privationem propriam. nam si habe
ret formam propriam non raperet omnē
formam. et similiter si haberet privationē
propriam.

Quidem est quidem sicut duo dicenda si
esse primaria est autem sicut tria. et est qui
dem sicut contraria. ut si aliquis dicat mu
sicum et immusicā aut calidum et frigi
dum. aut consonans et inconsonans est
autem sicut non. ab alterutris enim con
traria pati impossibile est. Soluitur aūt
propterea q̄ aliud est subiectum. hoc enī
non est contrarium quare neq; plura cō
trariorum sunt primaria quodam mo
do. sed duo ut est dicere numero neq; inte
pauitis duo propter id quod alterum est
esse ipsis. sed tria. alterum enim est homi
nis et non musico esse et figurato et en

Et ideo potest quis dicere primaria ē
duo et potest dicere esse tria. et potest dice
re esse contraria. verbi gratia. musicā et
nō musicā aut calidū et frigidū. aut cō
positum et non compositum. et potest di
cere q̄ non est ita. nam impossibile est cō
trariorum vnum pati a reliquo. sed istā
que non dissolutur quia subiectum est
aliud hoc enim non est contrarium. ergo
primaria non sunt plura numero contra
riorum quodam modo. sed quasi in nume
ro sunt duo. sed tamen non sunt duo om
nibus modis. accidit enim esse eorum ali
ud sed tria. dicere enim in homine ipsum
esse non musicum est aliud ab ipso ē ho
minem et dicere in auro ipsum esse figu
ratum est aliud ab ipso esse aurum.

Quum declarauit q̄ primaria per se sunt
duo. materia scilicet et forma. et q̄ si priua
tio dicatur primarium est per accidens. di
cit q̄ ex hoc modo dissoluentur questiones

predicte. et dixit. et ideo potest quis dicere pmapia esse duo. idest quia intenderit illa que sunt punapia per se. et potest dicere illa ee tria. quia non fecerit diffinicionem inter illa que sunt per se et per accidens. et potest dicere illa esse contraria. idest quia solummodo consideravit inductionem. aut secm q punapia et contraria conveniunt in illis tribus propriis predictis. scilicet quoniam non sunt ex invicem neq; ex aliis. et q omnia sunt ex eis. Deinde dixit. et potest dicere q non est ita. idest potest dicere q punapia non solummodo sunt contraria. cōtraria enim non patiuntur ab invicem. patiens enim debet esse simile et non contrarium. Deinde dixit. sed ista questio ꝛc. idest. si hoc non prohibet ut punapia sint contraria et non notificat q punacio non ē punapium nisi per accidens. sed addit tertium quod non est contrarium. et est subiectum Deinde dixit ergo punapia ꝛc. idest ergo secundum q diximus prius punapia non sunt plura numero contrariorum que st duo. quia punapia accipiuntur per se. et hoc intendebat quia dixit. quodam modo D. dixit. sed quasi in numero sunt duo ꝛc idest sunt duo per se et non duo quia accipientur secundum q sunt punapia simpliciter non distinguendo illa que sunt p se ab illis que sunt per accidens. addit enim punapus que sunt per se aliud. et est punacio. et sic erunt tria. quia punacio sit de necessitate generacionis. Deinde dixit. sed sunt tria. idest. sed secundum hunc modum sunt tria dicit enim in homine ipsum esse non musicam q est punacio musice. ē aliud a subiecto quod est homo. et homo. et non musicus sunt alia a musico. Sunt igitur tria. forma et subiectum + punacio

Quot quidem igitur punapia arta generacionem physicorum. et quo modo tot sunt dictum est. et ostensum ē quoniam oportet subtus aliquid cōtrarius. et contraria duo esse. sed quodammodo alio. non necessarium est sufficere cum ait alterum contrariorum facere absentia et presentia mutacionem

Jam igitur diximus quot sunt punapia rerum generabilium. et unde sunt tot et est declaratum q contraria debēt habere subiectum et q contraria sunt duo alio vero modo non est necesse. sufficiat enim alterum contrariorum in hoc q agat transmutacionem ipso presente et absente

Quia demonstravit numerum punapiorum. incepit facere summam de illis que declarauit. et dixit iam igitur diximus. id est declaratum est igitur quot sunt punapia rerum naturalium quia numerantur per se. aut quia numerantur per se et per accidens. et causa propter quam sunt tali numero. et quia hoc declaratum est q necesse est ut in generacione substancia sit aliquod subiectum. et est prima materia. sicut est dispositio in generacionibus aliorum predicamentorum. Deinde dixit. et q contraria sunt duo. idest. quia non distinguatur illud quod est per se ab illo quod est per accidens. quia autem accipiuntur secundum q sunt per se sufficiunt in hoc subiectum et forma. et hoc intendebat cū dixit. alio vero modo non est necesse. et dixit hoc quia sufficit in generacione esse forme. et in corrupcione non esse eius. et hoc intendebat quia dixit sufficiat alterum id est forma

Subiecta autem naturalibus est secundum analogiam. sicut eius ad statuam es. aut ad lectulum lignum. aut aliorum aliquod habentium formam in materia et in forme se habet primo ac apiat formam. sic ipsa se ad substancia habet et hoc aliquid et quod est. vnū quidem igitur punapium est. non sic vnū exactus neq; sic vnum sicut hoc aliquid vnum autem secundum q est racio alius plus autem contrarium hunc punacio ē

Datum autem subiecta cognoscat p comparacionem sicut est comparacio cupri ad idolum. aut ligni ad scamnum et sicut comparatur ad aliud habentem racionem materia eius. et punacio illius racionis antequ creatur. ita ē comparacio istius nature ad istam substancia. aut congregatam ex utroq;. aut formam demonstratum. sed dispositio eius apud eius vniuersaliter. ista igitur natura est vnum punapium. et non ē vna. neq; vnum ut demonstratum. et ē aliud punapium quod est racio et con

tranium ista et est puncto

¶ Et ista natura que est subiecta substantie non potest intelligi per se. cum non sit aliquid in actu habens quidditatem. sed ītelligitur secundum comparationem propter latentiam sue substantie. et ideo cum volumus dare substantiam eius. dicimus ipsam esse illud cuius proprio ad substantiam ēt ē sicut proprio cupri ad idolum aut ligni ad scammum. Deinde dixit. et si aut comparatur. idest et vnumquodque aliter si aut comparatur ad aliud habens aliquo modo et formā materia eius et puncto ē actionis eius. ita ista natura comparatur ad substantiam. idest secundū q̄ est subiecta substantie et recipiens illam Deinde dixit aut congregatam ex vtroq; hic exponit substantiam an comparatur ista natura. substantia enim dicitur de cōgregato ex hac materia et forma. et dicitur de forma etiam. et dixit q̄ ista natura dicitur in respectu substantie. aut substantie aggregate ex vtroq; saluet indumdum de monstrata aut forme. et est illud p̄ quod substantia est demonstrata in actu. Deinde dixit ista igitur natura est vnum puncapium. ꝛc. idest et ista natura que est puncta materia est vnum puncapium communi omnibus entibus transmutabilibus que altrantur in muticem. sed non est vna in se. ita q̄ sit substantia simplex existens actu. neq; ita q̄ sit aliquod compositum ex materia et forma. nam si haberet formam propriam nullam aliam recipere ipsa permanente. sed statim corrumperetur q̄to alia forma generaretur. et etiam quicquid recipit aliquid in recipit ipsum secundum q̄ est in actu. sed secundum q̄ est in potentia. si igitur puncta materia innata est recipere omnes formas necesse est ut sit in potentia omnes forme. ut nō habeat in sua substantia formam propriam qua est materia et etiam si esset aliquod existens in actu. idest habens formam. tunc generatio in substantia esset alteratio. et forme essent accidentia. Deinde dixit. et est aliud puncapium. idest et entia habent aliud puncapium a subiecto. et est forma. sed p̄mū puncapium in hoc genere non potuit sa

cum hac scientia sicut primum subiectum Deinde dixit. et etiam contrarium ista idest forme

¶ Et autem quomodo duo et quomō plura dictum est primum quidem igitur dictum est q̄ puncapia contraria sunt postremus autem q̄ necesse est. et aliud qd tam subita et esse tria. Ex his autē nunc manifestum est que differentia contrarium. et quomodo se habent ad muticem puncapia. et quid subiectum. vtrū autē substantia species aut subiectum nōdū manifestum est. sed q̄ puncapia tria. et quomodo et quis modus cor dictum ē

¶ Et iam diximus prius. quomodo ista sunt duo et quomodo plura. Diximus enim primo q̄ puncapia sunt contraria tantum. Et diximus post q̄ necesse est ut sit hic aliquod aliud subiectum et iam apparuit ex dictis nunc differentia inter contraria. et quomodo se habent puncapia ad muticem. et quid est subiectū. vtrū vero forma sit substantia. et subiectū nondū ē declaratū. Sed declaratū ē q̄ puncapia sunt tria. et quomō sunt tria. et declaratus ē modus sīc quē tūdantur quis modus sit.

¶ Et iam diximus prius. idest. qū cōsideātur p̄ se. salua materia et formā. D. d. et quōplura. idest qū q̄sideātē sed; necessitate ḡnis eōis tantum. et non distinguatur illud quod est per se ab illo quod est per accidēs apparet enim q̄ secundum hoc licet sit tria forma et subiectum et puncta. D. d. dixim' enim ꝛc. idest et innuit sermonem in quo probant q̄ puncapia sunt contraria. et ideo dixit. diximus enim q̄ puncapia tria sunt contraria. Deinde dixit. et diximus post. et innuit sermonem in quo declarat ut post q̄ est necesse ut cum contrarijs sit aliquod subiectum non in predicamentis accidentium tantum. sed in predicamento substantie. Deinde dixit. et apparuit ex dictis differentia inter contraria. idest. quoniam forma est puncapium per se. et puncta est puncapium per accidens. Deinde dixit. et quomodo se habent ꝛc. idest quoniam subiectum sustentat formam secundū q̄ forma non potest esse sine subiecto. forma autem sustentat subiectum secundū q̄ est complementum eius et secundum

q̄ subiectum non potest demidari a forma
Deinde dixit. et quid est subiectum. idest et
modus essendi eius est q̄ non est demon
stratum in actu. sed est quasi medium in
ter non esse simpliciter et esse in actu. t ac
dit substantie eius ut sit in potentia ō
nes forme non q̄ potentia eius est in sub
stantia. ita q̄ sit pars diffinitionis. quo
niam si potentia esset in substantia eius
tunc esse eius destrueretur ablatione po
tentie et presentia forme in actu. scilicet
forme ad quam habebat potentia ut re
apparet. et vnumquisque liter si potentia esset in
substantia eius. tunc substantia eius cor
rumperetur apud generationem et esset
in impedimento ad aliquid non in pre
dicamento substantie Ex his igitur pa
tet q̄ istud subiectum est substantia non
potentia nec̄ privatio. pars enim sub
stantie est substantia. et forte hoc inten
debat quum dixit et q̄ est subiectum. tūc
dixit post vtrum vero ⁊c̄. et forte immut
emma que diximus. et est melius. et in
tendebat quum dixit. vtrum vero forma
idest vtrum vero forma est magis sub
stantia q̄ subiectum. aut subiectū ma
gis q̄ forma. nondum declaratum est
sed in secundo declarabitur. et forte intē
dit q̄ hoc non est declarandum in hac
scientia et est melius. Deinde dixit. sed ē
declaratum q̄ principia sunt tria ⁊c̄. id
est et est declaratum q̄ sunt principia. t
quomodo sunt. scilicet quoniam duo eo
rum sunt substantie. et tertium privā
tio et declaratus est modus secundum
quem vnumquodq̄ eorum est necessa
rium in esse generati. quoniam super
hoc sunt fundata

quod quidem igitur et que sūt prin
cipia ex his considerātur quod autē sīgula
riter sic solvatur et antiquorum detectus
dicamus post hec querentes eum secun
dum philosophiam primi vocabulum et
nationem rerum diuertēūt ut in viam
quandam aliam abscedentes ob infirmi
tatem. et dicunt nec̄ fieri eorum que sūt
nullum nec̄ corrumpi propter id. quod
necessarium est fieri quod fit. aut ex eo
quod est aut ex eo quod non est. ex his
autem vtrisq̄ impossibile est esse nec̄

eium quod est fieri contingit. est eium
iam nec̄ ex eo quod non est nichil vtiq̄
fieri subiya eium aliud oportet

Ex istis igitur considerātur et latur
quot sunt principia et que sunt. Et dein
ceps dum est post q̄ hoc solummodo dis
solvetur eadem questio quam antiqui
querebant. antiquissimi enim in philo
sophia quum fuerant perscrutati de veri
tate et natura eiusdem reflexi sunt ab ea
et quasi expulsi ad aliam viam p̄p̄ pau
ertatem exercitij. et dixerunt q̄ nullū eius
dem capit generationem et corruptionē
nam quicquid generatur necesse est ut
generetur aut ex ente aut ex non ente sed
impossibile est aliquid generari ex aliq̄
istorum. eis enim non generatur qm̄ iā
est. et ex non ente nichil generatur. indigē
tur enim in generatione alio quod sit sū
iectum.

Quum declarauit quot sunt principia et
que eorum sunt per se et que per accidens.
et que actu. et que potentia incepit declara
re q̄ ex istis rebus dissolvetur questio quam
querebant antiqui naturalium. ita q̄ coe
git eos negare principia et generationem
et transmutationem et multitudinem et
dixit ex istis igitur ⁊c̄. idest ex istis igitur
que diximus. potest quis scire numerū ⁊
naturam eorum. Deinde dixit et declarā
dum est post idest quia sermo demonstra
tuus innatus est solvere omnes questi
ones accidentes in re. et hoc significat eti
am q̄ ipe movent hanc causam scilicet p̄
mam materiam et istum numerum prī
cipiorum. et intendebat per antiquos p
mendē et melissum. D. incepit dicere quo
modo accidit antiquis ista questio ⁊ que
opiniones acciderunt eis propter hoc et
dixit antiquissimi enim ⁊c̄. idest antiquis
simi enim quum intendebant perscrutari
de entibus et accidit eis ista questio et nō
potuerunt solvere eam propter paucitatē
exercitij in dialectica reuersi sunt a via per
scrutationis naturalis et declinantes ad
res ex tamsecas dicentes nichil generari et
corrumpi. quoniam generatio aut est ex
ente. aut ex non ente. sed non est ex ente
nec̄ ex non ente. ergo generatio non est.
Deinde in destructione vtriusq̄ condui

dnaum vtuntur duobus ſyllogiſmis in ſcanda figura per primum enim declarãt q impoſſibile eſt ut generacio ſit ex ente ſic generatum eſt illud quod non eſt dum ſit neratur ens autem eſt illud quod eſt. ergo ens non generatur in hoc autem per qd̃ declarant q non ens non generatur vtunt̃ eam duabus propoſicionibus quarum vna eſt q quicquid generatur eſt aliquid dum generatur et non ens non eſt aliqd̃. ergo quicquid eſt non ens non generatur et hoc intendebat quum dixit et ex non ente ĩ. idest illud quod dicitur generari dum generatur. generatum enim completum dicitur generatum quia ante generabatur et ideo qui ponit aliquid generari ex non ente dicit aliquid habere diſpoſicionem quam nunq̃ habebat neq; ſimpliciter neq; in ſubiecto. quoniam quando non eſt generatum et eſt in actu habet hanc diſpoſicionem et anteq̃ generetur non habuit illam qui igitur dicit q generatum eſt ex non ente contingeret ei concedere alterũ duorum. aut q eſt hic tranſmutatum ſine tranſmutacione. aut q tranſmutacio eſt in punctione. et totum hoc eſt impoſſibile. ſed moderni reputant tale impoſſibile propter hoc q aſſueti ſunt a puericia audire ipſum. conſuetudo enim eſt altera natura

Et ſic conſequenter contingens augmentantes non eſſe multa dicunt. ſed tantum quod eſt illi ergo talium acquieſcãt opinionem propter ea que dicta ſunt

Et quum viderunt quid ſequitur hanc poſicionem et copulatur eum illa. dixerũt q res non ſunt plures ſed ſolum ens illi eum opinati ſunt hanc opinionem ex hoc quod diximus

Et quum conſideraverunt quid ſequitur ex hoc quod dicunt q generacio et corrupcio non ſunt contingit apud eos ut omnia ſint vnum. quoniam quum non fuerit illic generacio neq; corrupcio non erit materia neq; forma. et quum non fuerit forma neq; materia quibus res tranſmutentur ômnia erunt vnum ſimpler iſte igitur ſermo coegit eos opinari contra illud quod apparet et ideo dixit parmenides ſi ens generatur habet principium. ſed non generatur ergo non habet principium. ſed iſte ſermo eſt vanus ut declaratum eſt

Nos autem quidem dicimus ex eo qd̃ eſt aut ex eo quod non eſt fieri aut quod eſt aut quod non eſt aliquid facere aut pati aut quodlibet hoc fieri. vno quidem modo nichil differt ut medicum aliqd facere aut pati. aut ex medico aliqd eſſe ãt fieri

Nos autem vtimur in ſermone alio modo a primo dicere enim q generacio ẽ ex ente aut ex non ente aut q non ens ãt ens agit aliqd aut patitur ut q hoc fiat aliquid ex quolibet non habet differenciã non enim eſt differencia inter hoc q dicimus q medicus agit aliqd̃ aut patitur aut dicimus q non medicus eſt aliqd. ãt ſit aliquod quodcunq; ſit ſimpliciter

Quum induxit queſtionem antiquorum cepit diſſolucre eam et dixit. nos autẽ ĩ. ideſt et locis deceptionis iſtorum hoĩm eſt qua vtuntur eo quod dicatur multipliciter vno modo. et ſic miſtum eſt eis verũ aĩ falſo. nos autem debemus diſtinguere propoſiciones eorum. et demonſtrare modum ſecundum quem verificantur. et ſecundum quem non verificantur. Deinde cepit declarare hoc et dixit. et cepit ab hoc non faciendo q non eſt differencia inter hoc q aliquis dicat q generacio ẽ ex ẽte et nõ ẽte et inter hoc q dicat q non ens aut ens agãt aliquid aut paciantur et dixit hoc. quoniam quum dicimus q generacio eſt ex ente ãt non ente intendimus q generatum fit ex paſſione non entis aut entis aut actione eorum et hoc manifeſtum eſt. Deinde ĩduxit exemplum quod declarat hoc in generacione et dixit. non enim eſt differencia. id eſt et quemadmodum non eſt differencia inter hoc q aliquis dicat q medicus agit aliquid aut patitur. et qui dicat q a medico mutentur aut generatur aliquid ſimiliter non eſt differencia inter hoc q aliquis dicat q ex non ente generatur aliquid. ãt ens ſit aliquid. aut dicat q ex non ente generatur aliquid. aut non ens ſit aliquid et quum declarauit differenciam inter iſta cepit declarare ſecundum quot modos dicatur aliquid agere hoc aut pati. aut generari ex hoc

Quare quoniam hoc dupliciter dicit manifestum quia ex eo quod est a ex eo quod non est aut faciet aut pati edificat quidem igitur medicus non secundum q medicus. sed secundum q edificator. et albus fit non inquantum medicus sed inquantum niger. medicatur autem et non medicus fit inquantum est medicus. Quoniam autem maxime propue dicimus medicum aliquid facere aut pati. aut fieri ex medico si secundum q medicus hoc patiatur aut faciat. manifestum q ex eo qd non est aliquid fieri et hoc significat nisi tum non est quod illi quidem non peccantes deliquerunt. et propter hanc ignorantiam tantum ignorauerunt q nichil opinati sunt fieri nec esse aliquid sed auferebant omnem generationem.

Et quum hoc dicatur dupliciter aut multipliciter manifestum est q ita est in hoc q diximus ex ente aut non ens agit aut patitur. Medicus igitur edificat non secundum q est medicus. sed secundum q est edificator. et medicus fit albus non secundum q medicus. sed secundum q niger medicamur autem et non medicamur secundum q est medicus et quia non dicimus propue et principaliter medicari agere aut pati aut aliquid generari a medico nisi quando illud quod agit aut incepit. fuerit secundum q est medicus manifestum est q quum dicimus q generatio est ex non ente. intelligimus hoc eciam scilicet secundum q est non ens. et quia illi non distinxerunt hoc erraverunt. et quia ignoraverunt hoc. peccaverunt. adeo q existimaverunt q nichil generatur. et q nichil fit omnino. sed negaverunt generationem omnino

Et quum hoc dicatur &c. idest dicit q a medico fit aliquid. aut q medicus agit. aut patitur aliquid. quoniam quum dicit q ex medico fit aliquid aut medicus agit aliquid aut patitur fuerit sicut dicere q ñ ex non ente fit aliquid. aut q non ens patitur et sicut dicit eciam. q ex non ente generatur aliquid aut q non ens patit manifestum est q secundum numerum modorum secundum quos dicitur q medicus agit aut patitur. aut fit ex eo ali-

quid dicitur q non ens agit hoc aut patit aut fit ex eo hoc. Deinde incepit numerare modos secundum quos dicitur q medicus agit hoc aut patitur. et notificat q sunt duo modi. vnus per se et alius per accidēs et dixit medicus igitur edificat &c. idest. et eidem attribuuntur plures actiones. ā passiones. quedam per se quedam per accidens. Verbi gracia. quoniam medico attribuitur actio edificandi. et dicitur q medicus edificat aut q ex medico fit edificatio et hoc est per accidens. non enim edificat secundum q est medicus. sed secundū q accidit ei q fuerit edificator. et similiter attribuitur ei pati ab albedine. sed non secundum q est medicus. sed secundum q accidit medico q fuerit niger. Deinde dixit medicamur autem &c. idest medicamur autem. et non medicamur est ei per se. et secundum q est medicus dicere igitur medicari aliquid aliud aut a medico fieri aliquid non est aliud a dicere medicari edificare aut albefieri aut a medico fieri edificationem aut albedinem. Deinde dixit. manifestū ē &c. idest et quum passio et actio non attribuitur ei per se. nisi secundum q est ens attribuitur non secundum q accidit alicui et intentio est predicatio que est per se manifestum est q dicere q non ens fit ens et q ex non ente fit ens. intelligendum ē q non ens secundum q est non ens fit ens quod est impossibile. q aūt non ens fit ēs non secundum q est non ens. sed secundū q est aliquod ens non est impossibile. ubi igitur antiqui non distinxerunt inter illud q est per se. et illud quod est per accidens illud enim quod est per accidens est possibile uno modo. et illud quod est per se. est impossibile. ideo existimaverunt q illud qd est per accidens est impossibile et sic destruebant generationes omnino unde dicebāt q totum ens sensibile est unum et declaratum est q pluralitas est principium generationis per accidens. et q est necessariū in generatione scilicet secundum q accidit subiecto ex quo est generatio. ergo necesse est ut generatio sit ex non ente per accidens et est impossibile per se

Nos autem et ipsi dicimus fieri quidem nichil simpliciter ex eo quod

non est sed tamen fiet ex eo quod nō est
ut secundum accidens ex privatione eiꝰ
quod est quidem per se non ens. non ex eo
quod est fit. inambule autem videtur et im
possibile sic fieri aliquid ex eo quod nō est
¶ Et nos etiam dicimus q̄ nichil fit om
nino ex non ente simpliciter. sed dicim⁹
q̄ aliquid generantur ex non ente. verbi
gratia. per accidens generatur equum ali
quod ex privatione. et est aliquod nō ens
per se absq; eo quod fit in eo et hoc tenet
pro improbabili et existimatur esse im
possibile aliquid generari ex non ente
¶ Et nos concedimus cum eis in hoc
q̄ nichil omnino fit ex simplici privatio
ne. quoniam si ita esset tunc ens muta
retur per se ex privatione. et sic privatio
posset alterari. sed dicimus aliquid gene
rari ex non ente per accidens idest ex sub
iecto cui accidit q̄ in eo fuerit privatio re
ex qua generatur et si hoc non esset salua
si privatio forme non precederet in subiec
to non generaretur. ex eo. d. generatur
enim aliquid ex privatione ꝛc. idest neces
se est enim aliquid esse ex privatione qñ
impossibile est ut generatum immutat⁹
per se absq; eo q̄ privatio eius sit in sub
iecto ex quo generentur per se. deinde dix
it et est non ens per se. idest. privatio est nō
ens per se. et materia est non ens per acci
dens. deinde dixit. absq; eo q̄ sit ens. idest
privatio generati. et quum declarauit q̄
privatio necessaria est in generatione dix
it et hoc tenetur pro improbabili. idest ge
nerationem fieri ex privatione et hoc nō
est possibile fieri sed necessarium tamen
per accidens. deinde incepit etiam decla
rare q̄ similiter accidit in hoc q̄ generati
o attribuitur ens. scilicet quoniam est
necessarium per accidens et impossibile p
¶ Similiter autem nec ex eo qđ est se
nec q̄ qđ est fieri nisi secundum acci
dens. sic autem et hoc fieri eodem modo ut
si ex animali animal vtiq; fiat. et ex qñ
animali quodam aīal. ut si equus ex
equo fiat. fiet quidem equus vtiq; non so
lum ex quodam animali equus sed etiā
ex animali. sed non inquantum ē ani
mal est enim iam hoc. si autem aliquid
debet fieri animal non secundum acci
dens non ex animali erit
¶ Et secundum hunc modum non ge
nerantur omnia eius ex ente nisi per accidēs
hoc enim etiam erit secundum illum eiꝰ
dem modum. verbi gratia quoniam ge
neratur animal ex animali. et ex aliq
animali animal. si igitur canis generā
tur ex equo. tunc generatio canis est ab
aliquo animali. et ab animali simpli
citer. sed generatio eius ex eo non est secū
dum q̄ est animal quum habet rationē
animalis Quod igitur innatum est fie
ri animal non per accidens necesse est ut
generatio eius sit ex non animali
¶ Hoc enim etiam fit illo eodem modo
idest quo generatum fit ex non ente. scili
cet per accidens. impossibile enim est ut
generatum sit ens aut non ens anteqū
generatur nisi per accidens. Deinde dixit
Verbi gratia ꝛc. idest verbi gratia. si aliq⁹
dicat q̄ nos videmus animal generari
ex animali sibi simili. et aliquod aīal ex
animali ducatur in speciē verbi gratia.
canem ex equo et q̄ propter hoc possibile
est ut animal generetur ex animali. ad
huc autem dicimus q̄ si canis generet⁹
ex equo per se contingeret. ut animal gene
retur ex animali simpliciter. sed generā
tio animalis ex animali et entis ex ente
non potest esse simpliciter. generabile eī
tamen mutatur ad illud qđ non habet. et
animalitas est in generato. sequitur am
mal generetur secundum q̄ est aīal et
animal ex animali. secundum q̄ est am
mal. contingeret aliquid tamen mutari in
speciē eius quod habet in actu. quod est
impossibile. et ideo necesse est ut omne qđ
innatum est fieri animal per se transferat⁹
ex non animali. ergo si generatio esset pos
sibilis animalis simpliciter. tunc esset in
esse ut ex non animali simpliciter generā
retur. sed quia generatio est animalis de
monstrata contingeret ut sit ex non anima
li demonstrato per accidens. et ex anima
li demonstrato per accidens. et causa eius
quod est per accidens hec est. quoniam p̄
ma materia non potest denudari a formā
quemadmodū causa eius qđ est per acci
dens in generatione a privatione est q̄
illud quod generandū ē debz esse privatū

Et si aliquid fit quod est non ex eo qđ
é nec; ex eo quod non est. quod enim
est ex eo quod non est dictum est nobis qđ
significet. quoniam inquantum non est
amplius autem esse omne aut non esse
non removetur

Si igitur aliquid fuerit eus non est ex
non ente nec; ex ente jam enim dixim⁹
quid intendimus quum dicimus ex non
ente et non auferimus per hoc totū ens
nec; totum non ens

Si igitur aliquid generatur non gene
ratur ex ente simpliciter. nec; ex non ente
simpliciter ut existimaverunt antiqui tā
enim declarauimus quid intendimus qū
dicimus aliquid generari ex non ente + ex
ente. et quod quodam modo generatur ex
non ente. et alio modo ex ente et quum dici
mus aliquid generari ex non ente nō in
tendimus negationem totius entis + qū
dicimus aliquid generari ex ente. non in
tendimus affirmationem totius entis et
hoc intendebat quum dixit et non negasti⁹
per hoc. idest q quum dicimus aliquid ge
nerari ex non ente. non intendimus nega
tionem omniū modorum essendi. quomā
hoc impossibile est. nec; quum dicimus ali
quid generari ex ente affirmamus omnes
modos essendi

Unus quidem igitur modus huius est
alius autem quando contingit eadem
dictio secundum potentiam et actum. hȝ
autem determinatum est in alius per ex
citationem magis. Quare qđ⁹ vere dixim⁹
defectus solvuntur. ꝓpter quos coacti re
movent predictorum quedam. propter
hoc enim intantum destiterunt priores
a via in generationem et corruptionem
et omnino mutationem. hec enim vtiq;
visa natura omnem solvit hanc ꝓpoñ
ignorantiam

Iste igitur est unus modus eorum. q⁹
bus vtimur. et est alius. quoniam possi
bile est dicere ista esse in potentia et possi
bile est dicere in actu. et iam determinau
mus hoc perfectius in alio loco. Jam igi
tur habemus illud quod promisimus
de dissolutione questionum quibus an
tiqui coacti sunt ad negandum quedā
dicta. quoniam hac causa declinaverūt
antiqui hac declinatione a via ducente
ad generationem et corruptionē et om
nem totaliter transmutationem. Si enim cō
sideraissent hanc ipsam naturam. tunc
revelasset omne quod ignoraverunt in
hac intentione

Idest iste igitur est unus modorum q⁹
bus dissolvitur ista questio. D. induxit se
cundum modum et dixit et est alius ⁊c. id
est et ista questio predicta dissolvitur qm̄
dicere ens esse aliquid. aut ex eo fieri aliq̄d
dicitur duobus modis. quorum unus est
de ente in actu. et alius de ente in potentia
ens igitur generari ex ente in actu est falsū
et impossibile. sequitur enim ex eo ut gene
ratum sit anteq̄ generetur. ens autem ge
nerari ex ente in potentia est necessarium
ens enim in potentia non est pura actio pu
ra. ex quo sequitur ut ens sit ex non ente.
nec; actu pura ex quo sequitur ut generā
tum sit anteq̄ generetur et hec sunt extre
ma contradictorie ex quibus sequitur ꝗs
tio. antiqui enim ignoraverunt q⁹ inter
non esse purum et esse purum est medium
aut aliqua natura. D. d. iam igitur ha
bemus illud quod promisimus ⁊c. idest.
questio igitur que coegit plures natura
les non concedere quedam illorum que se
quuntur generationem iam dissoluta ē.
omnes enim concedunt subiectum et nō
concedunt non esse. quia apud eos ens si
generatur ex non ente. et eam expulsisset
a natura generationis. propter hoc adeo
q⁹ posuerunt generationem esse congre
gationem aut segregationem aut exitū
a misto. D. d. et hac causa ⁊c. idest antiqui
vero propter hanc questionem negaverūt
generationem omnino. posteriores vero
naturales propter hanc eam negave
runt quedam sequentia generationē sed
eam negaverunt verum generationē +
sic quodammodo concedent illam D. d. +
si inspicerent hanc naturam ⁊c. dicit et si
naturales comprehendissent essentiam
istius nature scilicet materie tunc auferē
tur omne quod ignoraverunt in generā
one. et h significat ipsum invenire hāc
causam. et fere eam primo aliter

Antiquantes quidem igitur et alte
ri quidam sunt ipsam. sed nō suf

fiantur primum quidam eum constitu
tur simpliciter fieri aliquid ex eo quod
non est in quantum participium ista ē
dicat positio videt ipis si vere ē in numero
vna et potentia tantum vna esse differt
autem hoc plurimum. nos quidem eū
materiam et priuationem alteram dia
mus sed horum hanc quidem non esse
secundum accidens materiam. priua
onem autem per se non esse et hanc qui
dem prope substantiam aliqualiter ma
teriam priuationē autem nequaq̄

Et nuncupamus alios qui aliquantu
lum inspexerunt eam sed non quantū
sufficiat primo vero. quia dicunt simpli
citer aliqd generari ex non ente. quia ser
mo participandis apud eos est verus. D. q̄
dicunt q̄ quum sit vna numero est eadem
in potentia et actione vna. Et in hoc est
differentia magna. nos autem dicimus
q̄ materia et priuatio differunt et q̄ alte
ra salua est materia non est per accidens p̄
uatio autem non est per se. et q̄ materia
est aliquod propinquum et substantia
quodam modo priuatio autē nō ō nuno

Idest et videmus quosdam alios accēdē
ap̄hensionem nature istius materie. sed non
q̄ pertingant sufficienter et immutat platoē
nem. D. incipit notificare in quo deficiūt
et dixit primo vero ic̄. idest deficiunt enim
in cognitione nature eius in h. quia nō
distinguunt inter ullam et priuationē
primo enim concedunt ipsam non esse
quia concedunt argumentationem p̄
mendis. scilicet q̄ quicquid est preter ēs
est non ens et q̄ ens est vnum. D. d. quia
dicunt ic̄. idest secundo vero quia dicunt
ipsam esse vnum numero. et q̄ propter hō
est vna diffinitione et ratione. et ex hoc se
quitur. ut sit aliquod ens unum. scilicet q̄ si
est vna secundum subiectum est vna sēz
rationem. secundum igitur primum ser
monem concesserunt priuationem esse
in substantia eius et secundum hunc ser
monem secundum negauerunt priua
onem esse in substantia eius. et hoc demō
strat q̄ isti non distinxerunt naturam et
a natura priuationis. et quum notificā
ut q̄ plato solus fuit propinquus vide
re verum in hac natura. sed tamen non
distinxit eam bene. incepit dicere differen
cias veras inter materiam et priuationē
et dixit. nos autem dicimus ic̄. et interdit
per propinquum. idest propinquum ei
quod est in actu et dixit. et quodammodo
substantia. quia non est substantia i ac
tu et oppositis istis differentiis sunt diffe
rentie priuationis. D. d. priuatio autem
non omnimo. idest priuatio autem nō ē
neq̄ propinqz neq̄ remote. neq̄ est acci
dens. nedum ut sit substantia et dixit q̄
materia non est per accidens. et q̄ priua
tio non est per se diuidendo priuationem
ab eo q̄ est in potentia. ens enim in potē
tia est aliquid cui accidit priuatio non i
sua substantia. priuatio autem secundū
q̄ est priuatio est non ens per se. et ex hac
parte q̄ omne habens materiam ē ge
nerabile et corruptibile. nam in natura
materie est priuatio forme. et si in sua na
tura esset formata. non reciperet formas
nisi ens generaretur ex ente quemadmo
dum si in sua natura esset priuatio sim
pliciter tunc omnimo nichil generaretur
ex ea est igitur quasi composita ex esse et
non esse et ex hoc declarabitur q̄ corpora
celestia non habent materiam omnimo
quoniam tunc essent generabilia et cor
ruptibilia propter mistionem priuatio
nis cum natura eorum. nichil aliud enī
est causa generationis et corruptionis
q̄ prima materia. propter non esse ad mix
tum est in substantia eius

Quidam autem q̄ non est magnū
et parvum simuliter aut simul vtrumq̄
aut seorsum vtrumq̄. Quare penitus al
ter modus est hic traditus et ille vsq̄ q̄
dem eum ad hoc perducunt q̄ oportet
quandam supponi naturam. hanc ta
men vnam faciunt. etenim si aliqs du
alitatem faciat dictus magnum et par
vum ipsam nichil minus idem faciat. al
teram eum despicat. Subiecta quidē ma
teria cum forma causa est eorum que fi
unt sicut mater. et altera vero pars con
trarietatis multoties magnificabitur
ad maleficium. ipsius protrudunt intel
lectum. neq̄ esse penitus et esse extra ōne

Illi autem ponunt non ens magnū
et parvum eodem modo. siue per ambo

hoc loco vtitur forma pro paſſionib' et ſub
iectis. et qñq; vtitur ea magis ꝓpriē. vt qū. d.
forme et paſſiones et locus ꝛc. qñq; igitur
vtitur forma large. et qñq; pro ſubiectis tñ
Deinde dicit. et qd' eaā primū ꝛc. et intendit
hic per primū. primū et eſſentiale. ſecūm q'
declaratū eſt m̄ poſtremoꝝ analeticas

¶ Secundū quē igitur accidens mutta
tio dimittatur. in ōnibus eiī eſt et ſēper
et ōm. qd' vero non ſecūm accidens eſt nō
eſt in ōnibus ſed in contrariis et mediis
et in contradictione. hiis autē fides ex
inductione eſt. Ex medio autē mutat vi
tur eiī ipō ſicut qd' eſt contrariū ad vtrū
q;. Eſt eiī quodā modo medium vltima. vn
de et hoc ad illa. et illa ad hoc quodā modo
dicuntur contraria. vt vor media grisus
ad vltimā. ſubtilis ad extremā et fuſcū al
bū et nigrū. et nigrū ad albū

¶ Transmutatio vero per accidens omni
tenda eſt quia eſt in quolibet. et eſt ſemper
neceſſario. qd' autē non eſt per accidens ſi
eſt in quolibet. ſed in contrariis. et inter
illa. et in contradictoriis. et hoc arguitur
ex inductione. transmutatio eiī eſt ex ine
dio. qū ita ſe habet ad vtrāq; extremitatē
ſicut contrariū. medium eiī quodā modo ē
duo extrema. et ideo dicitur qū comparā
tur ad illa. et qū illa cōparantur ad illud
ſicut dicūtur contraria. v. g. qū nigrum
qd' dicatur medium in reſpectu albi totius
albi. et in reſpectu. ita dicatur grisus
color pallidus in reſpectu nigri diuidi
bus. et in reſpectu albi dicitur niger.

¶ Qū declarauit q' ōms motus conſiſtit
ex quōq;. ſ. motore et mobili. et illud ex quo
et illud ad qd' eſt. et illud in quo eſt. eaā de
clarauit q' vnūqdq; iſtorū quatuor attribuitur
motus aut per ſe. aut per accidens. ſ. motor
et mobili. et illud ad qd'. et illud ex quo. inde
declarare q' non eſt conſiderandū de illo qd' ē
per accidens qū hoc non ſit de arte demōſtra
tiua et dixit. trāſmutatio vero per accidens
ꝛc. i. illud autē quod attribuitur iſtis rebus
per accidēs dimittendū eſt qua non habet ſi
gnū determinatū. D. d. et eſt ſemper neceſſa
rio. i. et transmutatio q̄ eſt per accidens. mu
tatur infinita in eadē re. qū idē corpus pōt
dici ipm̄ non euadere a transmutatione p
accidens. v. g. q' albeſcat. D. hunceſcat. De
inde transferatur. deinde calefiat. et ſic in
finitū. et non habet naturā terminatā nō
continetur a ſcientia. nec eſt pars artis de
mōſtratiue. et intendit hic per accidens illud
qd' eſt cōmune ei qd' eſt per accidens. et ei qd'
eſt ſecūm partē. et qū declarauit q' m̄ illo qd'
eſt per accidens non conſiderat aliqua ars
et dedit cauſā in hoc. et dixit. qd' autē nō ē
per accidens ꝛc. i. et trāſmutatio eius na
turā ſubiecti eſt eſſentialiter terminata nō

est nisi in contrarijs aut in illis que sūt inter
contraria aut in contradictorijs. et intendit
hic per contradictoria illa que opponūtur se
cundū affirmationē et negationē et per cō
traria contraria que dicūtur ppue vt dictū ē
in libro cathegoriarū. D. d. et hoc arditur ex
inductione. i. et hoc certificatur. s. q̄ ōmis mot⁹
est de contrario in contrariū. aut de contrario
in medium. aut de medio in contrariū. aut de nō
ē in esse. aut de esse in non esse ex inductione
D. d. trāsmutatio enī erit ex medio ꝛc. i. et cū
in hoc q̄ transmutatio est ex medio. et ad me
diū est. q̄n medium est contrariū vtriq; extremo
sēdm q̄ extrema sunt contraria. et q̄n natu
ra q̄ causa in trāsmutatione ex medio et
ad medium est q̄ medium est contrariū vtriq; ex
tremo debit eā causā in hoc. et dicat. mediū
enī est quodāmodo ꝛc. i. et causa in hoc ē q̄n
in medio sūt duo extrema in media dispo
natione sēdm vero q̄ in eo inuenīūtur duo ex
trema in media dispositione sēdm hoc vtrū
q̄ extremū est contrariū simplicibus duob⁹
V. g. color pallidus ē medius inter albū et
nigrū que sūt duo extrema. et in eo est albe
do et nigredo. s. quodā modo potentie. sēdm
igitur q̄ habet in se de albedine in potentia
est contrariū nigredini que ē in actu. et sēdm
illud qđ habet in se de nigredine modo me
dio inter actū et potentiā est contrariū albe
dini in actu qđ est sēdm extremū. q̄n igitur
ppositio dicens q̄ transmutatio est de contra
rijs in contraria fuerit intellecta ita q̄ hoc no
mē contrariū dicatur de illo de quo intelligi-
mus et nimus. s. illud qđ est in potentia
tunc non indigetur ista exceptione et veri
ficabitur q̄ ōmis transmutatio est de cōtrario
in contrariū. deinde dicat mediū enī est quo
dammodo duo extrema et intendit esse me
diū inter actū. et potentiā sicut diximus

¶ Quoniā autē ōnis mutatio est a quo
dām in quoddām. manifestat et vtriq; nomen p⁹
aliud. n. aliq̄d. et aliud q̄dē p⁹. aliud autē
mōstrant postri? mutabit mutās q̄ndoq; in
si enī ex subiecto in subiectū. aut ex subiecto in
nō subiectū. aut ex nō subiecto in subiectū
aut ex non subiecto in non subiectum.
Dico autē subiectū ex affirmatione mōs-
trū quia nichil est ex his que dicta sūt tres
esse mutationes. s. ex subiecto in subiectū
et ex subiecto in non subiectū. et ex nō sub
iecto in subiectū. que enī est ex non subiecto
in non subiectū non est mutatio ppter hoc
q̄ non est sēdm contrariā positionē. neq; enim
contradictio neq; contraria est. Ex non sub
iecto quidē igitur mutatio in subiectū sēd;
contradictionē generatio est. alia quidē si
pliciter simplex. alia vero quedā cuiusdā:
vt ex non albo in albū generatio quidē hu
ius est. que vero ex non esse simpliciter in sub
stantiā est. generatio simpliciter est. sēdm
quā fieri et non fieri simpliciter dicimus
Que vero ex subiecto in non subiectū cor
ruptio est. Simpliciter quidē que ex substā
tia in non esse est. Quedā autē est que est in
oppositā negationē sicut dictū in gnīa
tione est

¶ Et quia ōnis trāsmutatio est de aliquo
in aliquid. et hoc significat suū nomē. sig
nificat enī in idiomate grecō q̄ est aliq̄d
q̄ sit per aliud. et sic significat aliquid fi
ri esse et aliquid fore. et omne qđ transmuta
tur trāsmutatur quatuor modis aut de sub
iecto in subiectū. aut de subiecto in non sub
iectū. aut de non subiecto in subiectū. aut a
non subiecto in non subiectū. et intelligo p
subiectū illud qđ significatur per affirma
tionē. ego nichil est ex hoc qđ diximus q̄
modi trāsmutationis sunt tres. q̄n trans
mutatio de non subiecto in non subiectū
non est transmutatio. quia non sunt op
posita. q̄n non sunt contraria. neq; cōtra
dictoria. transmutatio igitur de non sub
iecto in subiectū sēdm contradictionē ē ge
neratio. et transmutatio simpliciter erit
simpliciter. et qđ est transmutatio aliqua
est in aliquo. Verbi gr̄a. q̄n trāsmutatio
de non albo in albū est generatio albi. trā
smutatio vero de nichilo simpliciter ad ali-
quam essentiā est generatio simpliciter. et de hoc di
cimus simpliciter aliquid generari. trans
mutatio vero de subiecto in non subiectū
aut est corruptio simpliciter q̄n fuerit trans
mutatio de aliqua essentia in nichilū. aut
erit corruptio aliqua q̄n fuerit transmu
tatio in negationē contradicentē sicut
dictū est de generatione

¶ Q̄n declarauit consequentiā motorū quo
rū vnū est q̄ ōne motū mouetur de aliquo in
aliq̄d. et intendit numerare species motuū
incipit persequtam de hoc diuidendo illud ex

quo possibile ē trāſmutatū trāſmutari · et ad qd̄ · et ex quo est ipossibile · qm̄ istis numeratis determinabūtur species motuū · et quia nunc dicunt istā ex inductione qū dicat · qm̄ ens de cō trario · aut de contradictorio · vult nūc nunc fieri illa sc̄dm diuisionē · qua est via certior et dicat · et quia ōne trāſmutatū ꝛc · i · de aliq̄ terminato in aliquid terminatū non de quolibet · et licet hoc sit manifestū per se · dedit testimoniū ex hoc q̄ hoc nomē transmutatio significat apud eos · et est bene manifestū p se q̄ ōnis trāſmutatio est de aliquo in aliq̄d qm̄ dū res fuerint in eadē dispositione tunc ille non erit trāſmutatio · qū igitur transmutatur erit hoc qm̄ trāſferetur in aliquā dispositionē ab aliqua dispositione · et quia iste dispositiones sc̄dm q̄s diuidūtur in affirmationē et negationē · ſ · in esse et non esse sunt quatuor modis dicat · et ōne qd̄ transmutatur ꝛc · i · et qū posuerim⁹ q̄ ōnis transmutatio est de aliquo in aliquid · et hoc nomē aliquid dicatur ſpliciter de esse et non esse à de negatione et affirmatione · necesse est vt ōnis trāſmutatio sit de subiecto in subiectū id est de affirmatione in affirmationē · et de esse in esse oppositū · aut de subiecto in nō ſbiectū · i · de affirmatione in negationē · et de aliquo esse ad priuationē illius esse · aut de non subiecto in subiectū · i · de aliqua negatione in aliquā affirmationē · et de aliqua priuatione in aliq̄d esse · aut de non subiecto ī non subiectū · vnde necesse est vt modi trāſmutationū sint tres · et non sit quartū tres vero sūt trāſmutatio de esse in esse oppositū et de esse in non esse · et de non ēe in esse · et intelligo per non esse · non esse in actu qd̄ē ēe in potentia · et vniuersaliter non esse qd̄ est ꝓprie priuatio nunc materie non negationē ſpliciter · negatio enī ſpliciter ſignificat nō esse ſpliciter · et non esse ſpliciter nō recepit transmutationē · et hoc est intelligendū ex hoc qd̄ dicat · et intelligo per subiectū ꝛc · et dicat ne aliquis intelligat aliquos modos priuationū famosarū numeratarū ī libro predicamentorū · tertius vero est de ēe in non esse · qd̄ autē euanuit · est illud qd̄ē de non esse in non ēe · non esse enī impossibile est trāſmutari · et non esse aliquid nō opponitur ad non ēe aliquid · et dictū est q̄ illud ex quo est trāſmutatio · et ad qd̄ē trāſmutatio sunt opposita · et debes scire q̄ trāſmutatio que est de subiecto in subiectū · ſ · de contrario in contrariū pōt collocari in transmutatione que est de non subiecto in subiectū · et de subiecto in nō subiectū · trāſmutatio enī alia est in substantia · alia in accidente in substantia vero · quia substantia nō contraria est substantie · et transmutatio ē de opposito in oppositū · non dicimus q̄ istā trāſmutatio est de subiecto in subiectū · et ſic de cetera · et dicitur ēe de non subiecto in subiectū et de negatione in affirmationē · aut ē contrario · qū oppositio in hac trāſmutatione ē in priuatione · et habitu que est in substantia non in contrarietate sicut est dispositio in trāſmutatione que est in accidēte · transmutatio vero que est in accidente · quia est in contrarietate · et dicam⁹ contraria ſic existentia · dicitur esse de subiecto in ſbiectū · et quia illa que opponūtur sc̄dm contrarietatē possūt oppoi sc̄dm priuationē et habitū sc̄dm affirmationē et negationē · possibile est eaā dicere in eis que opponūtur ſcdm contrarietatē illa trāſmutari de subiecto in subiectū · Verbi gr̄ā · de albo in non album aut dicamus hoc de substantia in nō ſubstantiā · ſ · ſicut dicamus aliquid trāſmutari de homine in non hominē · et ſimiliter dicamus eaā q̄ transmutatur de nō subiecto in ſbiectū in accidēte · V · gr̄ · de non in albo in album aut dicamus substantiā trāſmutari de non homine in hominē · et quia trāſmutatio diuerſaliter q̄ accipitur de non subiecto in nō subiectū dicitur generatio · et q̄ accipitur de subiecto in non subiectū dicitur corruptio et subiectū et nō subiectū quedā dicūtur ſpliciter · et sunt illa que sūt in substantia q̄ substantia sit per se · et quedā non dicūtur ſpliciter · et sūt illa que sunt in accidentibus q̄ hoc nomē esse aut nō esse dicitur de substantia ſpliciter · et de accidente non ſpliciter · ideo trāſmutatio que est in substantia de non subiecto ſpliciter · et de nō ente ſpliciter ad ens ſpliciter dicitur generatio ſpliciter · et transmutatio de ente ſpliciter in non ens ſpliciter · dicit corruptio ſpliciter · et trāſmutatio que ē de aliquo ente · i · existēte in alio non ſpliciter · qd̄ est accidens in non aliq̄d ens dicitur generatio aliqua non ſpliciter · et ſimiliter

trāſmutacio que ē eſt de aliquo ente m nō ali
qd' ens· dicatur aliqua corrupcio et qū hoc ſit
declaratū qū dicat et trāſmutacio de nō ſb
iecto m ſubiectū eſt m generacio· et intendit
q trāſmutacio vniuerſaliter ſiue ſuū eſſe ſu
cut m accidēte ſiue m ſubſtancia qū accipit
ſcdm q eſt ex non ſubiecto m ſubiectū dicat
generacio· D· d· et trāſmutacio ſimpliciter
i· et trāſmutacio ſimpliciter· et eſt illa que ē
de non ſubiecto m ſubiectū· et eſt illa que eſt
m ſubſtancia· dicatur generacio ſimpliciter
qua eſt m ente ſimpliciter· non m aliquo ē
te· et que eſt de non ente aliquo m aliquod
ens et eſt accidens· dicatur generacio alicui
nō generacio ſimpliciter qua eſt m aliquo
ente non m ente ſimpliciter· D· d· trāſmuta
cio vero de malo ꝛc· i· trāſmutacio de non
ente ſimpliciter· i· de non ſubſtancia aliqua
m ens ſimpliciter· i· m aliquā ſubſtanciā
eſt generacio ſimpliciter· et trāſmutacio ſi
pliciter· D· d· trāſmutacio vero de ſubiecto m
non ſubiectū ꝛc· i· trāſmutacio vero de entē
non ens eſt duobus modis etiā· qū ſi trāſ
mutacio fuerit m eſſencia mdumdum demō
ſtrata· ſ· mdumdum ſubſtancie donec fiat illd
non mdumduū· dicatur corrupcio ſimpliciter
qū autē fuerit m aliquo accidente donec fi
at non illud accidens dicatur aliqua corrup
cio non corrupcio ſimpliciter· intelligendū
eſt igitur m hoc loco per negacionē primā
nē que non eſt ppria alicui ſubiecto et per af
firmacionē eſſe

¶ Sic igitur qd' non eſt dicatur multipha
riter quia neq; qd' eſt ſcdm compoſicionē et
diuiſionē contingit moueri neq; q eſt ſcd;
potenciā q a quod eſt ſimpliciter ſcdm ac
tū oppoſitū eſt· hoc quidē cui non albū ā ū
bonū tamē contingit moueri ſcdm accidēs
eſt cui non homo albus· Qd' autē ſimpli
citer non hoc aliquid eſt nullo modo mo
ueri impoſſibile cui qd' non eſt moueri·
Si autē h· et generacionē motū eſſe ipoſſi
bile erit· fit cui qd' non eſt· Si cui et q ex nō
ente maxime ſcdm accidens fit· Sed tamen
verū eſt dicere qd' eſt q non eſt de eo qd' fit ſi
pliciter· Similiter autē et quieſcere hec igit
amdiuit i contrarietate· Et ſi ōne qd' mo
ueri m loco eſt qd' autē non eſt· non eſt i
loco· eſſet cui alicubi neq; iā corrupcio
motus eſt· contrariū quidē cui motū mo

tus autē quies· corrupcio autē generacio
m contrariū eſt

¶ Et dicimus nunc q non ens qū dicat
pluribus modis illud qd' dicatur ex eo ſcd;
compoſicionē et diuiſionē impoſſibile eſt
vt ſit motū neq; illud qd' dicatur ſcdm po
tenciā· et eſt illud qd' eſt oppoſitū n qd' eſt
ſimpliciter m actu· qū non albū· aut nō
bonū pōt eſſe alio modo motū per accidēs
qū poſſibile eſt vt non albū ſit homo· il
lud autē quod eſt ſimpliciter non ens· et ſi
eſt mutabilitatū· impoſſibile eſt vt moue
atur qū non ens ipoſſibile eſt vt moueat
et qū ita ſit impoſſibile eſt vt generacio ſit
motus· qū non ens eſt illud qd' generat
qū ſi illud qd' eſt per accidens ppie nō ens
eſt illud qd' generatur· tamen verū dicat
q non ens eſt in generacione ſimpliciter
et ſimiliter eſt de quiete· et tale inopinabi
le ſequitur ex hoc q ōne motū eſt in loco
qū qd' non eſt non eſt in loco· qū ſi fuerit
in loco eſt in aliquo vbi· neq; corruptio eti
am eſt motus· corrupcioni cui eſt contra
rū aut motus aut quies· corrupcio eſt cō
traria generacioni et quieti

¶ Quia declarauit q generacio trāſmutacio
nū ſunt tria· ſ· de ſubiecto m ſubiectū et de nō
ſubiecto m ſubiectū· et de ſubiecto m non ſub
iectū· et eſt illud qd' dicatur generacio et cor
rupcio· qū generacio et corrupcio numerāt
m vna ſpēm ſpecierū trāſmutacionis ſicut
aliquis motus numeratur de ſupremo īm
mo· et de infimo m ſupremus· m vna ſpē
et eſt translacio recta· et ſicut trāſmutacio
de albedine m nigredinē· et econuerſo numera
tur m vna ſpēm alteracionis incepit declara
re q trāſmutacio que eſt de ſubiecto m nō ſb
iectū· aut econuerſo non eſt motus· ſ· q hoc
nomē trāſmutacio non dicatur de illa· et de
illa que eſt de ſubiecto m ſubiectū vniuoce
neq; quaſi vniuoce· ſicut eſt m eis que cōti
nentur ſub eadē diffinicione primaliter
et ſecundo· et incepit· et dixit· et dicamus nūc
q non ens ꝛc· i· et quia non ens dicitur trib⁹
modis Quorū vnus eſt ſcdm cōpoſicionē· i·
affirmacionē et negacionē· V· gr· chimera nō
eſt natum· Secundus vero eſt vt qū dicimus
m mdumdno ſubſtancie demonſtrato· eſſe nō
ens et eſt ens m potencia qd' eſt oppoſitū ei
qd' eſt m actu ens· et per ſe· Tertius eſt vt· q·

dicamus in mundo accidentis ipm esse ñ
ens .v. gr. non albū et non coloratū. et hoc ē
non ens non sīpliciter. sed non ens aliquid
qd igitur ex istis dicatur secm cōpositionem
et diuisionē. s. q falsitas in eo ē secm cōposi
tionē aut diuisionē. s. affirmationē et ne-
gationē. manifestū est q impossibile est in eo
vt sit trāsmutatū. qd autē est non ens ali
qd. v. gr. non ens albū possibile est moueri
per accidens. v. gr. qñ homo non albus fit
albū. qñ non fit albus per se nisi ex nigro
non ex non albo nisi per accidens. non albū
enī non trāsmutatur secm q est non albū
qd autē trāsmutatur de non ente simplicit
in aliqd ens simpliciter. et est generatio ā ē
in substantia. non mouentur in eo trāsmu
tatio ōmno. secm q res mouentur in subiec
to. qñ subiectū trāsmutationis in ea est in
potentia. et ideo impossibile est trāsmutari per
se aut per accidens. non ens vero non sīplici
ter possibile est vt moueatur. qñ subiectum
trāsmutationis in eo est in actu. et est illud
ad qd est trāsmutatio. et qñ motus attribu
itur secm q est ens aut essentialiter & qñ at
tribuitur ei secm alietatē ent per accidens. p
natio enī non trāsmutatur. sed trāsmutat
subiectū primationis. qñ fuerit ens in ac
tu. et idē demonstratū in duabus extremita
tibus motus. d. d. neq idē qd dicatur secm po
tentiā ꝛc. i. neq mouetur eadē de non ente il
lud qd dicitur de ente in potentia. qd est oppo
situm enti in actu. qñ trāsmutatū est ens in
actu necessario. d. d. non albū enī et non bo
nū ꝛc. i. illud enī de non ente. qd dicitur de ñ
aliquo ente. non de non ente simpliciter est
ens in actu. v. gr. non albū et non bonū ē en
in actu. et est possibile moueri per accidens
essentialiter vero non. s. secm q est non ens
d. d. qñ possibile ē vt non albus sit homo
i. et est possibile vt hoc trāsmutetur quia ñ
albū est ens in actu. v. gr. homo. non homo
vero non est ens in actu. sed in potentia. d
d. illud autē qd simpliciter non est ꝛc. i. illd
autē qd non pōt demonstrari. i. q ens non
est simpliciter. impossibile est moueri ōmno
per se aut per accidens. qñ non esse nō mo
uetur per se. et nichil est hic ens in actu sub
iectū motui demonstrato de primapio eius
vsq ad finē. audit igitur ex hoc dicere q ñ
ens mouetur per accidens. aliud enī q ē p

accidens. accidit enim per illud qd est per se
et quia per non ens non simpliciter dispon
tur subiectū in actu. vt quum dicimus q iste
homo non albus fit albus. possibile est vt
trāsmutatio tribuatur hic ad non ēē p acci
dens. s. per suū subiectū q est ens in actu ad
non esse vero existens in substantia. s. ex qua
fit trāsmutatio simpliciter. impossibile ē vt
attribuatur trāsmutatio per accidens. ne-
dū per se. quia subiectū eius est ens in pote
tia. et ens illic in actu non est idē demonstra
tū in duabus extremitatibus eiusdē motus
qñ non aer qñ fit aer accidit qñq aqua d.
gr. qñ aqua corrūpitur. deinde succedit ei aer
ergo hic non est idem subiectū forme aquei
aeris super qd succedebant forme sibi. sicut
albū et nigrū succedūt sibi in mundo de
mōstrato. et prima materia non est in actu
et qd non est in actu impossibile est moueri
cū esse prime materie non admittatur actui
ōmno. impossibile est vt moueatur. quia er
go in duabus extremitatibus istius motus
s. generationis et corruptionis existentis in
substantia non est aliquod idē demonstra
tū dispositū per motū a primapio vsq ad
nē eius. dixit ergo. impossibile est vt gene
ratio sit motus. deinde dedit causam in
dixit. qñ non ens est illud qd generatur
et causa in hoc q generatio in substantia
est motus. est quoniā generatū in ea ē in
ens simpliciter. et est ens in potentia. qñ
do trāsmutatur et exit de potentia in actū
quod non est ita in generatione accidentiū
trāsmutatū enī in ea est in actu licet trāsmu
tetur secm q ē in potentia. et quia dixit
q trāsmutatio in substantia est de nō ente
simpliciter. et q est causa in hoc q trāsmu
tatio in ea non est motus. et generatio eius
est a non ente per accidens. et generatio ei
ab ente in potentia est per se. incepit quasi
excusando se in hoc q dedit causā illius q
generatio simpliciter non est motus. quē
causa. s. quia est trāsmutatio ex non esse. et
est causa per accidens. dixit. qñ si illud qd
est per accidens ꝛc. i. diximus q generatio si
pliciter est de non ente simpliciter. et si gene
ratū per se est de ente in potentia et de non
ente per accidens. quia dicere q in non en
te simpliciter est generatio simpliciter. est
verū licet sit per accidens. et quasi dicat. et

dixamus q causa in hoc q in generatione non est motus quia est de non ente. et ipm esse de non ente est per accidens et non essen aliter et causa essentialis in hoc est dicere q generatio non est motus. quia trāsmuta tiū in ea est de ente in potentia. Deinde dicit et similiter est de querere. i. et qū in generatione non erit motus. non erit in ea primo motus. nisi ppter ad motū in loco est si ait ppter primationis q̄ dicitur quies in ri ventre. et determinatio istius sermonis est. qū quia ōnis generatio est facto alicui us q̄d' ante non fuit. necesse est vt primo ōnis generationis precedat illā in subiecto ex quo generetur. sicut subiectū fuerit en̄ in actu. tunc generatio erit motus. et ista ē dispositio trāsmutationis in alteratione z augmento et trāslatione. etsi subiectū fue rit in potentia non erit ibi motus qū non sit ibi motū in actu sicut est dispositio in substantia. et dicatur generatio et corruptio simpliciter. et si alie trāsmutationes dicāt generatio et corruptio. tamen non simplici ter. sed cū determinatiōe. Deinde dicit. et seqū tur tale ipossibile ic. i. et cōtingit dicere q̄ generatio et corruptio sunt motus aliud impossibile. et est q illud q̄d' non ē ens ē in loco. qū ōne motū est in loco. et q̄d' non est ens mouetur. ergo q̄d' non est ens est in lo co. et qū cōtradictione huius conclusionis cō iungetur vna duarū istarū ppositionū vē a. et est q ōne motū est in loco concludetur ī sed'a figura q illud q̄d' non est ens non mo uetur. Deinde dicit. negat corruptio est mot' qū continuū corruptionis est aut motus aut quies ic. i. et corruptio eaū non est mo tus. quia est continua generationi. et im possibile est vt illud q̄d' est motus sit cōtinuū ei q̄d' non est motus. et intendit hic p qm cū primatione motus. et syllogismus com ponitur sic. continua corruptionis est gene ratio et quies. et quies est primatio motus ergo continua corruptionis est primatio mo tus. et qū continuū corruptionis est prima tio motus et cōtinua sunt sub eode genere ipossibile est vt alterū istorū sit sub primā one. et alterū sub habitu. qū primatio z ha bitus non sunt sub eode genere. et ppositio dicens q contraria sunt in eode genere est famosa et verificabitur in ṕma phia.

Qū autē ōnis motus mutatio que dam est. mutationes autē tres sunt dicte in ū autē que sunt sēdm generationē et co rruptionē non sunt motus. he autē sēdm contradictionē sunt. necesse est ex subiecto in subiectū mutationē motus esse solū. sō ntia autē aut contraria aut media. Et pri uatio cui ponitur contrariū et monstrat affirmatione nudū et albū et nigrū. Sug pdicamenta diuisa sunt substātia et qua litate. et vbi et qū et ad aliquid et quanti tate. et facere et pati. necesse est tres ē mot' quantitatis et qualitatis et sēdm locum

Et quia ōnis motus est trānsmutatio aliqua et modi trāsmutationū sunt tres predicti. et istorū trium modorum illud q est sēdm generationē et corruptionē non ē motus in quo est contradictio est necesse. vt trāsmutatio sola que est de subiecto in subiectū sit motus. et duo subiecta sunt aut duo contraria aut media. qū nos po nemus primationē cui contrariū. qū p illā significatur sicut significatur nudū per affirmationē vt albū et nigrū. qū p dicamenta dividuntur in substantiā et qualitatē et vbi et ad aliquid. et quātū z agere et pati. necesse est vt motus sint mo tus qualitatis et motus quantitatis et in loco

Qū ponerent q trāsmutatio aut est de sb iecto in subiectū. aut de subiecto in non sbiect tū. aut de non subiecto in subiectū. aut de nō subiectū in non subiectū. et destruxit tres mo dos. remansit vnus qui est de subiecto in sb iectū. et dixit. et quia trāsmutationes sunt tres. et dixit. tres. quia quatuor modus ma nifestus est per se. s. qū trāsmutatio nō sit de non subiecto in nō subiectū. Deinde dicit et istorū trium ic. i. declarauit est q duo istorū trium que dicūtur generatio et corruptio nō sunt motus. ergo necesse est vt vera trans mutatio sit de subiecto in subiectū. Deinde dicit in quo est contradictio. i. de affirmatio ne in negatione. et econuerso vt diximus de generatione et corruptione. et qū declarauit q vera transmutatio est illa que fit de sbiect to in subiectū incepit querere species aut ge neru istius trāsmutationis primas z dixit et duo subiecta est alteratio subiecti in sbiect tū. i. et trāsmutatio que est de subiecto ī sb

rectū est alteracio subiecti m subiectū .i. transmutacio alicuius affirmacionis m aliquā affirmacionē remanente essencia rei dispositte illis duabus dispoſicionibus .v. gr. vt aliqd̄ corpus demonstratū mutetur de albedine m nigredinē. aut de vbi m vbi aut de mmoi q̄ntitate m maiorē. Deinde dicit. et duo subiecta sunt aut contrania ic̄. i. et qua manifestū ē per se q̄ transmutacio est de contrario m cōtrariū ergo trāsmutacio que est de affirmacione m affirmacionē. est de affirmacione contrania m affirmacionē contrariā. et q̄ due affirmaciones. aut cūt habitus. aut altera aut habitus et altera priuacio. dicit ponam̄ nos igitur hic priuacionē eā contrariū. i. intelligendū est hic per contrariū illud qd̄ est cōmune duobus. Deinde dedit causā q̄re quā vtatur hoc contrario sc̄ilicet. et est qua affirmaciones contrarie dunduntur m hec duo. s. i vera contrarietate. et m priuacionē et habitū et iam ponit q̄ trāsmutacio debet esse de affirmacione oppoſita m affirmacionē oppoſitā. et dicit. quādoq; enī ſignificatur per illā sicut per affirmacionē. i. et posſumus cōtraria sedm habitū et priuacionē m affirmacionibus oppoſitis. quia priuacio quādoq; ſignificatur per affirmacionē. qū dicimus sor. est nudus. que est affirmacio ſignificans priuacionē. quēadmodū qū dicimus sor. est niger aut albus. est affirmacio que ſignificat habitū. et quasi dicat. et q̄a necesse est vt trāsmutacio ſit de affirmatiuo oppoſito m affirmatiū oppoſitū. et affirmacio oppoſita est duobus modis. necesse est vt ōis trāsmutacio ſit aut de contrario i cōtrariū. aut de non esse m esse. aut econuerſo et manifestū est q̄ iſtud non esse est aliud a non esse. ex quo est generatio. et quia manifestū est per se q̄ trāsmutacio que ē motus m ea ponitur est inter oppoſita media et non est mediū m trāsmutacione q̄ est de priuacione m habitū. quia inter priuacionē et habitū non est mediū. dimiſit destruere hanc diuiſionē. quia est manifesta et q̄a vera contraria mediata mouentur m tribꝰ predicamētis. necesse est vt motus ſit m tribꝰ p̄dicamentis. ſed ipe non cōplent hanc declaracionē hoc modo. et quaſi dimiſit perſcrutacionē diligentia. Deinde incepit m ducere aliā viā manifestioreē. et famoſioreē m determinādo generā motuū per determinacionē generū predicamentorū. m quibus mouetur motus. et dicit. et qū predicamēta ic̄. i. et qū ſit declaratū q̄ motus est de subiecto contrario m ſubiectū contrariū. et est declaratū ea m alia ſcientia q̄ p̄dicamenta ſunt de ē. necesse est vt motus ſit m tribus tantū m qualitate et est alteracio. m quantitate et est augmentū et diminucio. et m loco. et est trāſlacio. q̄m in iſtis predicamētis mouetur contraria et media. ſicut latet m loco aliquantulū. et ideo declarabitur poſt et expoſitores queūt hic quomodo hic poſit motus ſub tribus generibus. et ipm poſuit illud genus per se. ſ. predicamentū paſſionis. quidam igitur confeſſerūt ipm esse ſub iſtis generibus. et dixerūt q̄ p̄dicamentū paſſionis est genus ſedm conſideracionē irrepnois motus. non ſedm conſideracionē motus. et iſti dicunt q̄ quale aliud est quescens et aliud motū. et ſimiliter q̄tū. et locus aliud est forma quescens. et aliud est forma mutata. et quibuſdā diſplicet hoc et dicunt q̄ quale non est genus per se. niſi ſedm q̄ est quescens et ſimiliter locus et quātū. qū autē iſta conſiderata ſedm q̄ ſunt motus. ſunt oppoſita iſtis qū ſunt quescentia. et impoſſibile motū ſit ſpecies quescentis. et iſti dicunt precise q̄ motus est m predicamento paſſionis. et q̄ Ariſ. attribuit illū iſtis predicamentis. quia iſta p̄dicamenta ſunt materia motus. non quia collocatur ſub eis. et videtur q̄ ſi potentia ad vnūqd̄q; predicamentū eſt m illo genere predicamenti qd̄ est m actu. et ſimiliter via de potencia ad actū. ſ. ſi potēcia ad ſubſtanciā est quoquo modo m predicamento ſubſtancie. et ſimiliter via ad generacionē ſubſtancie. et ſimiliter potencia ad quantū et ad alia predicamēta viſū est q̄ illud eſſe q̄ est inter potenciā et actū m illo genere ſit ſub illo genere. q̄m eſſe mediū inter potenciā et actū que ſunt m illo genere neceſſario eſt de genere actus quaſi est cōplementū. ſed differūnt ſedm magis et minus. ut eē ad calorē est calor quoquo modo. et ſimiliter ut ad frigorē. et ſedm hunc modū est verū dicere q̄ motus est m genere m quo est illud ad qd̄ ē motus. ſ. ſedm ſuā materiā. ſedm vero q̄ motꝰ est forma m hac materia eſtimandū est q̄ motus est per se predicamentū. et ſedm hꝰ

fuit consideratū in libro de predicamentis
motus igitur habet duplicē consideratiōnē
qm sēdm suā materiā est in genere eius ad
qd est motus. sēdm autē formā. i. sēdm qē
transmutatio cōmūnita cū tēpore est in pre
dicamento passionis. et ꝓpter famositatē ul
timus diuisionis. s. qm oīs intentiones di
uidūtur in habitus quiescentes et mobiles
conuenit oīs genitus in hoc q posuerūt
primū nominationū nomē et verbū. et po
suerūt nomen alicui formę quiescenti. et
verbū alicui formę mobili. et posuerūt m
dium abile ad collationē inter illa duo po
nentes vero relationē esse predicamentum
passionis non bene fecerūt. qm relatio est
potentia ad rē. et iam diximus q potentia
ad aliquā rem. est de genere illius rei

¶ Secundū substantiā autē non ē mo
tus ꝓpter nullū eorū substantiae contrariū
esse. neq; iam est in ad aliquid. Contingit
cū altero mutante. verū esse alterū nichil
mutans. quare sēdm accidens motus hoc
est. Neq; agentis aut patientis. Neq; oīs
qui mouetur. aut mouentis quia nō est
motus motus. nec generationis generatio
nis. neq; ōnino mutationis mutatio

¶ In substantia vero non est motus. qa
nullū eius est contrariū substantiae. neq; i
relatione eā est motus. qm possibile est
vt alterū relationū transmutetur absq;
eo q alterū trāsmutatur. motus igitur eo
rū est per accidens. neq; in agere et pati eo
rum est motus neq; motorus. aut moti. qm
motus non habet motū. neq; generatio
habet generationē. et vniuersaliter. ne
q; trāsmutatio transmutationē

¶ Quum posuit q motus inuenitur in tri
bus predicamentis tm. incepit destruere ipz
esse in aliquo ceterorū. et incepit a substātia
rē. et dixit in substantia vero rē. i. in substan
tia vero non est motus. qm ōnis motus est
de contrario ad contrariū. sed substantia n
est contraria substantiae. vt dictū est in predi
camentis. et intendit hic per contraria media
ta contraria. quorū vtrūq; est forma t ha
bitus. et habent media. sed quaeritur hꝰ quo
modo dixit in libro peri generationis q ignis ē cō
trarius aque. et terra aeri. et Alex dicit ad hꝰ
qd hoc qd dixit in libro predicamentorū est
de substantiis que sunt cōposite. i. ex forma
et materia. et in libro de generatione loquit
de simplicibus. s. de formis tm que sunt in potē
tia in prima materia. et ista solutio non suf
ficit in hoc qd est dictū hic. qm hoc qd est dictū
hic q in substantia non est transmutatio. q
non habet contrariū. est sermo ponentis q in
substantia non est contrarietas sēdm formā
aut subiectū. et si in substantia esset contrarie
tas sēdm formā non sēdm subiectū. tunc ser
mo Arist. non esset verus in hoc loco. et opmū
dū est q substantiae simplices sunt contrarie
sēdm suas qualitates. et ꝓprie qualitates i
eis non sunt substātiae. et si assimilātur sb
stantiis. qm ipossibile est vt aliquid in aliq
sit de aliquo predicamēto. et in alio de alio ita
q calor sit in homine de qualitate. et in igne
de substātia. sed est in igne ꝓprietas sbstā
tiae. et ideo accipitur in diffinitione loco differ
entiae. et in aliis compositis remotius a sub
stantia. videtur igitur necessarie dicere q dif
ferentiae quarū ꝓpria sunt contraria debent
esse contraria. aut dicere q non sequitur ni
si vt solūmodo sint diuersa est considerandū
sed non hic. quin igitur concesserimꝰ q i sb
stantia est contrarietas. tūc sermo Arist. nō
erit verus. et btū sequitur ex hoc q in sbstā
tia sit motus sicut existimauit Alex. adeo q
diuisit substantiā in formā et subiectū. sa
licet quia concessit q prima simplicia sunt
contraria sēdm formas. et non contraria se
cundū materias. qm quocūq; fuerint posite
substantiae contrarie. non sequitur ex hoc vt
in eis sit motus. qm si ponantur contraria
sēdm formas tm non erit in eis motus. quia
subiectū eorū est in potentia et si essent contra
ria sēdm vtrūq;. s. sēdm formā et subiectū nō
esset in eis trāsmutatio. nedū motus. non ei
sequitur. si posuerimus q in substantia sit cō
trarietas. vt in ea sit motus. et qm Themisti
arbidit hanc consequationē respondit q ignis
non trāsmutatur ad aquā nisi per medium t
est sermo valde debilis. qm hoc q est cōtra Ar
in libro de generatione et corruptione. qm qm
posuerimus q in substantia est contrarie
tas. quia ignis est contrarius aque. et ipz
transmutatur ad aquā. et non destruit hoc
dicit sermonē dicentē q ignis trāsmutat
in aquā per medium. quia ista est dispositio
cōtrariorū mediatorū. s. q motus non est in
istis. ergo questio non dissoluetur sēdm

q̄ exſtimant Temiſtius diſſolu. neq; ſ̄dm
q̄ exſtimant Alex. et queſtio non ſequitur ō
nno. q̄m non ſequitur ſi dicemus q̄ m illo
m quo non eſt contrarietas non eſt motus.
vt m illo m quo eſt contrarietas ſit motus ī
ponendo igitur q̄ m ſubſtancia eſt contrarie
tas nichil malū eſt plus q̄ deſtruer indicā
Arſ. et quoniq; concedatur q̄ m ſubſtancia nō
contrarietas deſtruetur ſignū Ar. quare ſolu
tiones Alex. et Temiſtij non valent. et iſta de
monſtratio quā declarant q̄ m ſubſtancia
non eſt motus fundatur ſuper hoc q̄ m ſb
ſtancia non eſt contrarietas. et q̄ motus eſt
m contrarijs. et forte iſta declaratio ē famo
ſa. et illa qua ſuſtentatus eſt illā quā p̄dix
it. ſ. q̄ tranſmutatio q̄ eſt m ſubſtancia eſt
generatio et corruptio. et generatio et corrup
tio non ſunt motus. quia ſunt m illo qd̄ eſt
m potentia non m actu. et motū eſt m actu
et hoc qd̄ narrauimus de Alex. eſt dictū m ex
poſitione eius m libro de generatione. et idē
m expoſitione ſua hic illud qd̄ nos diximus
de nobis. ſ. q̄ elementa non ſunt contraria ñ
hz qualitates non ſ̄dm formas. et eramus
ſett m hoc. et q̄m declarauit q̄ m ſubſtātia ñ
eſt motus. declarauit eā q̄ m relatione nō
eſt motus. q̄m illud qd̄ tranſmutatur ad re
lationē trāſmutatur ſe quieſcente per tranſ
mutationē ſui correlatiui. v. g. q̄m columna
que eſt m dextro ſoꝛ vertitur ad ſiniſtrū ſoꝛ.
q̄m ſoꝛ trāſfertur m locō. trāſmutatio igitur
m columna eſt per accidens. trāſmutatio vero
relatiui que eſt m ſoꝛte licet ſit per ſe. ſequit
verū motū. ſ. trāſlationē m locō. et hoc intēn
debat q̄m dixit. q̄m quādoq; trāſmutatur al
terū correlatiuoꝝ ꝛc. Deinde dicit. motus ig
corū eſt per accidens. m illo vero q̄ non trāſ
mutatur manifeſtū eſt. m illo autē qd̄ trāſ
mutatur trāſmutatio per quā eſt relatiui
eſt per accidens. quia relatio que accidit ei ē
p̄ter ſuā tranſmutationē m locō per accidēs
eſt igitur vtriuſq; per actūs. alterius vero.
quia eſt quieſcens. reliqui vero. quia mouet
motu ducto a tranſmutatione accidente ei
q̄m ſequitur ſuā trāſlationē m locō. ipm ee
m dextro aut m ſiniſtro columne. Deinde dixit
neq; m actione et paſſione ꝛc. et intendit per
actionē illud qd̄ eſt cōmune actiom agentis
ſiue fuerit agens verū motū aute aliquā
tranſmutationū que non ſunt motus. et ſi
militer intendit per paſſionē. et ideo induxit
poſt deſtructionē et dixit neq; motus a motu.
et quaſi diceret q̄ actio et paſſio non habent
motus neq; motores et mot. neq; generatio
et generantis. et vniuerſaliter tranſmutan
tis et trāſmutati. q̄m motus non hz motū
neq; trāſmutatio habet trāſmutationē vni
uerſaliter. Deinde incepit declarare ſi dixit

Primū quidē cū conantur dicere motū
eſſe motū. aut ſicut ſubiectū vt homo mo
uetur quia ex albo in nigrū mutatur ſic
motus aut calefit aut frigefit aut loci
mutat aut augetur aut diminuitur. hoc
autē impoſſibile eſt. non cui ſubiectorum
aliquid eſt mutatio

Primo vero non eſt poſſibile vt motus
habeat motū niſi altero duoꝝ modoꝝ. ſ.
ita q̄ ſit ſubiectū. v. g. q̄ homo mouetur
quia trāſmutatur de albedine m nigredi
nē. aut quia calefit. aut infrigidatur aut
mutat locū. aut augmentatur. aut di
minuitur. ſic dicatur m motu. ſed hoc eſt
impoſſibile. q̄m trāſmutatio non eſt ru
bus ſubiectis.

Quia motū hīc motū itelligit duob⁹
dic. ſ. ita q̄ motꝰ ſit ſbiectꝰ motui. ſcz q̄
motus ē ſbiectus motui. ſ. ita q̄ motꝰ hēat mo
tū. i. digeratur ad hꝰ q̄ ſit motui precedenti
cus generatū digeratur motui generationis
et impoſſibile eſt imaginari vbi motus hā
beat motū niſi altero iſtoꝝ duoꝝ modoꝝ.
incepit perſequi de prima diuiſione. et dix
it. aut ita q̄ ſit ſubiectū ꝛc. i. aut ita q̄ motꝰ
ſit ſubiectū motui. ita q̄ dicatur q̄ motus mo
uetur per motū exiſtentē in ipō ſicut dicitur
q̄ homo mouetur quia trāſmutatur de albe
dine m nigredinē. aut de frigore m caloꝛē. aut
de loco m locū. aut de diminutione m aug
mentū. aut econuerſo. Deinde dicit ſic. dici
tur m motu. i. ſ̄dm hunc igitur modū dici
tur q̄ motus mouetur. ſ. quia trāſmutatur
et mouetur per aliū motū ſicut dicimus
in re ſubiecta motui. ſ. ipām moueri. Deinde
dixit. ſed hoc impoſſibile ē ꝛc. i. ſed hoc q̄
motus ſit ſubiectū motui manifeſtū eſt q̄
eſt impoſſibile. q̄m ſi motus eſſet ſubiectū
motui. tunc motus raperet motū et quie
q̄m illud qd̄ mouetur mouetur eſt
quieſcere. et impoſſibile eſt vt motus rapi
atur quietē. q̄m motus eſt continuus que

ti. ex hoc igitur apparet q̄ impossibile est vt m
motu sit motus. ā s. vt motus sit subiect⁹ mo
¶ Aut in mutando aliqd̄ subiectū tu
ex mutatione in alteriū speciē. vt homo ex
egritudine in sanitatē. Sed neq; hoc possi
bile est nisi sēdm accidens. Hic cū motus
ex alia specie in aliā mutatio est. et generā
tio autē et corruptio similiter p̄ter q̄ hec q̄
dē sunt in oppositis sic. motus autē non si
militer. Similiter igitur mutabitur ex sa
nitate in egritudinē. et ex hac ipa mutatio
ne in aliam. ¶ Manifestū autē q̄ qū ifir
metur mutatus est in quālibet. Contigit
enī quescere et amplius in non contingē
te semper. Et illa ex quodā in quoddā alte
rū est. quare et oppositā erit sanatio. sed se
cundū q̄ accidit vt si ex inordinatione ī ob
liuionē mutat. qū enī nec est illud mutat
aliquā in sciaiā. aliquā vero in sanitatē
¶ Alius vero modus est vt sit aliud sub
iectū enī accidit trāsmutatio. et transferat²
ad aliā formā. v. g. homo de egritudine ī
sanitatē. et hoc etiam non est possibile in
motu nisi per accidens. ipe enī motus est
translatio de aliquo in aliquid aliud. ge
neratio enī et corruptio sūt tales puta hoc
q̄ motus ad oppositā est in hoc quodā mo
do et in hoc alio modo. transmutatū igit²
transmutatur de egritudine in sanitatē. et
enī hoc de hac trāsmutatione in aliā. mani
festū est igitur q̄ trāsmutatio eius qū fuit
ad egritudinē. erit ad aliquā trāsmutatio
nē quāliq; sit. qū possibile est quescere
et etiā possibile est ut sempa trāsmutetur
non ad quālibet translationē. sed il
la trāsmutatio est de aliquo in aliud. et
qūq; erit in oppositū. et est sanitas p acci
dens. v. g. qū trāsmutatio de inordina
tione ad obliuionē est trāsmutatio acci
dens illi qui habet illā trāsmutationē qū
q; igitur trāsmutatur ad sciaiā et qua
doq; trāsmutatur ad sanitatē
¶ Q̄ destruxit primū modū. incepit destru
ere sēdm qui est vt motū fiat a motu aliquo
ad motū. et dixit. alius vero modus ꝛc. id est
modus vero sēdꝰ sēdm quē possibile est ma
gnam q̄ motus habet motū. est non q̄ mo
tus sit subiectus motui. sed q̄ illic sit aliud
subiectū. ex quo sit motus ad motū. sicut
homo mouetur de egritudine ad sanitatē
et quasi dicat ita q̄ aliud subiectū sit ab ip
so motu. aut subiecto accidat trāsmutatio
et trāsferatur de motu in motū. sicut subiectū
trāsferatur de forma in aliā formā. vt homo
de egritudine in sanitatē. D. d. et hoc est ipos
sibile ꝛc. i. et non est possibile vt motus sequa
tur essentialiter aliū motū sicut forme quies
centes sequūtur motū. sed si hoc fuerit erit p
accidens. s. vt esse motus sit p̄fecto eius qd̄
est in potentia. ita q̄ motus sit p̄fecto mot⁹
quēadmodū forme quiescētes sūt p̄fecto mo
tus. et qū narrant q̄ hoc est impossibile nisi
per accidēs. dedit causā super hoc et dixit. ipe
enī motus ꝛc. i. et hoc est impossibile in mo
tu essentialiter. quia motus est trāslatio re
ū existentiū de forma quescente in formā
quescentē. vnde sequitur vt trāslatio nō in
digeat trāslatione nisi per accidens. Deide
dixit. generatio enī et corruptio sūt tales. i. t
hoc qd̄ sequitur de hoc in vero motu. similit⁹
est de generatione et corruptione. qm̄ impossi
bile est vt generatio habeat generationem
aut corruptio corruptionē. Deinde dixit. p̄t⁹
hoc q̄ motus ꝛc. i. et inter motū et generatio
nē et corruptionē nō est differentia. p̄ter
hoc q̄ generatio et corruptio sūt in oppositio
ne. alia ab oppositione in qua est motus.
s. qm̄ generatio et corruptio sūt de non esse ī
esse. et de esse in non esse. et alii motus sunt
de esse contrario in esse contrariū. et hic nō
facit differentiā in hoc q̄ sit impossibile trās
mutationē habere trāsmutationē. et motū
habere motū essentialiter. et qū narrant
q̄ generatio et corruptio in hoc sūt tāq̄ mo
tus. incepit inducere impossibilia sequēta hūc
positionē et dixit. erit igitur trāsmutatio de
sanitate in egritudinē. et est hoc de hac trās
mutatione in aliā. i. et qū trāsmutatio trās
mutatur in aliā trāsmutationē. et trāsmu
tatio qū trāsmutatur est in re ad quā trās
mutatur. manifestū est q̄ si illud qd̄ trans
mutatur de sanitate in egritudinē trāsmu
tatur in aliā trāsmutationē. erit in duab⁹
trāsmutationib⁹ īmmul. s. in egritudine et
in trāsmutatione ad quā trāsmutatur ōne
enī qd̄ trāsmutatur de aliquo in aliquid du
mouetur semp̄ seperatur a parte illius ex q̄
mouetur. et acquirunt partē illius ad qd̄ mo
uetur. Deinde dixit. manifestū est igitur ꝛc
i. et qū posuimus q̄ illud qd̄ mouetur de

ſanitate m egritudinē. eſt in duabus trāſ
mutationib⁹ inſimul. ſ. trāſmutatione ad eg
tudinē. et in trāſmutatione ad trāſmutatio
onē. ad quā trāſmutatur. manifeſtū eſt q
qñ trāſmutatur ad egritudinē. trāſmutat
cū hoc ad quālibet tranſmutationē. qū ſic
ſicut poſtea dicemus q ōnis trāſmutatio ē
a trāſmutatione ſine determinatione. Deīde
mduxit idē qd ſequitur ex hoc et dixit. qñ im
poſſibile eſt quieſcere. i. qñ trāſmutatur de ſa
nitate in egritudinē. et trāſmutatur cū hoc
a qualibet trāſmutatione. poſſibile eſt ipz
trāſmutari ad priuationē trāſmutationis
et ſic erit ſimul trāſmutatū ad egritudinē
et non trāſmutatū inſimul qd eſt impoſſi
bile. Deinde mduxit aliud impoſſibile et dix
it. et poſſibile eſt ꝛc. i. et etiā poſſibile ē ſedm
hoc vt trāſmutatū trāſmutetur ſed non ad
qdlibet. ſed ad oppoſitū. qñ trāſmutatio eſt
ſecundū aliter eſt de oppoſito in oppoſitū. et ſic ſe
quitur vt res trāſmutetur duabus trāſmu
tationibus oppoſitis inſimul. adeo q illud
qd trāſmutatur de ſanitate in egritudinē
dū trāſmutatur. trāſmutatur de egritudīe
in ſanitatē. et hoc quia accidit tranſmuta
tioni trāſmutari ad contrariū. V. ſ. qñ trā
ſmutatio de rememoratione ad oblionē
exiſtimatur continuari cū trāſmutatione q
eſt de oblione ad rememoratiōnē ſed p ac
cidens. V. ſ. qñ trāſmutatio de memoria
aliarum intentionis et oblione eius eſt
trāſmutatio accidens illi rei cuius eſt illa trā
ſmutatio. Deinde dixit qñ igitur trāſmutat
ad ſanitatē ꝛc. i. ſed hoc q eſt nos dicere q
trāſlatio eſt de trāſmutatione continua
ad trāſmutationē continuā vt dicatur q
de memoria eſt trāſmutatio ad oblionē
non eſt eſſentialiter. ſed hoc accidit ppt trāſ
mutatū. qñ ſicut trāſmutatur aliqñ ad
ſanitatē et aliqñ ad ſanitatē. ita accidit trāſ
mutari qñq de oblione ad ſanitatē. et de
egritudine ad ſanitatē. et qñq ſanitas. et
qñq ad ſanitatē. et qñq de ſanitate. et qñq
ad ſanitatē. non ita q trāſmutatio que eſt
de ſanitate in egritudinē eſt eſſentialiter. id
eſt copulata. ſed inter illa eſt quies. qñ ſi
hoc non eſſet ſequeretur vt moueretur du
obus motibus oppoſitis inſimul

Amplius autē in infinitū vadit ſi
cut mutationis mutatio. et generationis
generatio. Neceſſe igitur eſt eſſe primā ſi
ultima erit vt ſi ſimpliciter generatio fie
bat aliquādo et qd fit fiebat. quare non
dū erat tunc qd fit ſimpliciter. ſed aliquid
qū fit et frūm eſt illā. et iterū fiebat hoc aliqū
quia nondū erat tunc qd fit. Qñ autē infi
nitorū non eſt primū. non erit quidē vl
timū quare neq; habitū neq; fiet igitur ne
q; mouebi poſſibile eſt neq; mutari nichil
Et etiā hoc procedit in infinitū ſi trāſmu
tatio habet tranſmutationē et generatio
generationē. qñ neceſſe eſt vt ſit primus q
poſterius eſt futurū. V. g. qū ſi generatio
ſimpliciter fuerit. erit generatio in aliqua ho
ra. generatio enī generabatur ex quo ſequ
vt generatio nondū ſit ſimpliciter generā
ta. ſed qū fuerit generata. tunc erit ge
nerata. et iam fuit enī generata in aliqua
hora. ex quo ſequitur vt generatio non fu
erit generata. et qū infinita non habeant p
mū. ipoſſibile eſt primū eſſe. ergo ipoſſibi
le eſt cōſequens ē. ergo impoſſibile ē ſedm
hoc aliquid generari. et aliqd motum

Qū declarauit q trāſmutatio nō pōt trāſ
mutari ad trāſmutationē. inſi per accidens
qñ trāſmutatio eſſentialiter eſt de quā
te ad quieſcentē. et intelligo hic per quie
tē illud qd aufert trāſmutatione. ſue in lo
ſue in alio. incepit inducere ipoſſibilia con
tingentia hunc poſitionū. ſi aliquis poſuit
ipām eſſentialiter. et dixit. et etiā hoc procedit
in infinitū. i. et ſi trāſmutatio ſequatur trāſ
mutationē p̄cedentē eſſentialiter. continget
vt ante hanc trāſmutationē demonſtratā
ſint trāſmutationes infinite. Deinde dixit
neceſſe eſt enī vt prius ſit ꝛc. i. et contingit hoc
oppoſitū vt ante trāſmutationē demonſtra
tā ſint trāſmutationes infinite. quia neceſ
ſe eſt cū ante trāſmutationē fuerit trāſmuta
tio. et poſtremus trāſmutationē poſtremo
eſſe in actu vt prior trāſmutatio ſit actu ā
te. et hoc intendebat qū dixit. et vt primus ſit
et qū poſterius fuerit futurū. i. qū poſterius
fuerit erit primus. Deinde dixit. V. ſ. ꝛc. intē
dit per hunc ſermonē deſtruere generationē
habere generationē. et vniuerſaliter motū
habere motū. et fundatur ſuper duas poſi
tiones. quarū altera eſt q res generata qū
fuerit in generatione nondū eſt illa res ge
nerata. V. ſ. qñ homo qū fuerit in gener

aone nondū est homo. et hoc manifestū est per se. sed a autē est q; qū generatio simpliciter fuerit generati. tunc generatur. sz igitur aliquis ponens q; generatio generetur sicut generatur mundum substanciae. sequitur ex prima positione vt generatio non sit dū generatur sicut homo non est homo dū generatur. et sequitur ex sda q; qū generatio simpliciter existit cōpleta non erit. quia posito est ipa generatio qū fuerit et ipam non esse qū generatur. ex quo sequitur vt sit et vt non sit in eodē instanti. qd est impossibile. impossibile igitur sequitur ex hoc qd' ponimus q; generatio habet generationē. et qū dicit. v. ff. qm si generatio icē intendit. v. ff. qm si generatio simpliciter existat generata in actu in aliqua hora. q. generatur. Deinde dicit necesse est igitur ex hoc ic̄. i. necesse est igitur vt generatio simpliciter dū generatur non sit generata perfecte Deinde dicit. sed qū fuerit generata ic̄. i. sed qū fuerit generatio. tunc inuenitur generatū. sed ante hoc hec generatio que est generata in alio tēpore generabatur. et hoc intendebat qū dicit. et hoc erā generabatur in aliqua hora. D. dicit. ergo necesse est ic̄. i. ergo necesse est vt generatio simpliciter nondū sit. s. in illa hora in qua est. qd' est impossibile. et licet vt apparet non inducat hoc exemplū ms ad detrimendū hanc opinionē ex hoc q; contingit ea. s. infinitū esse. tamē continet aliā destructionē cū hoc qd' dat explicationē quā mtē dit. et ideo reuertitur est ad declarandū illā p̄m̄ destructionē et dicit. et qū infinitū ic̄. i. et qū ante trāsmutationē demonstratū in actu est alia trāsmutatio. et ante illā alia. et hoc est essentialiter. tūc inuenitur trāsmutationes infinite. et qū infinita non habēt primū. ergo iste trāsmutationes non habēt primā. et qū prima trāsmutatio non erit. nō erit q̄s. qū primū est necessariū in esse sequentis. et qū sequēs nō erit. nō erit ista trāsmutatio p̄sens qd' est impossibile. ergo aīa trāsmutationē non est trāsmutatio essentialiter per antecedens vero est necessariū. s. q; aīa ōnē trāsmutationē sit trāsmutatio. qm necesse est hoc vt sit hic vnus motus eternus. q; sit causa q; ante ōnem motū fūt motus vt declaratū est in octauo. et quia moderni nō distinguūt illud qd' est per se. et illud qd' est per accidens. existimauerūt qd' sequitur ex hoc q; si homo semper generatur ab homine et primū non fuerit. postremū non erit et nō est ita. qū primū est et est sol. et intelligēntia operans. hominē autē generari ab homine in infinitū est verū per accidens. non per se

¶ Amplius eiusdē motus contrarius est et adhuc quies et generatio et corruptio q̄r et qd' fit qū fiat quod fit. tunc corrumpitur necq; aīa qū mox fit necq; postremus. esse enī oportet qd' corrūpitur

¶ Et erā motus per contrariū erit eiusdē in et quies erit. et generatio et corruptio. sigitur tunc generatio est generata qū generatur. qū igitur corrūpitur. qū impossibile est vt generetur et corrūpatur dū generatur nec q; in postremo. qū corruptū indiget vt generetur necessario

t.f. sit equalis duobus motibus .d.z. si ig⁹
diminuit aliquid .v.g. pars .q.f. tūc ista
pars non est alicuius omnino. nam iste
motus non est totus nec; partiū. quo
niā vnū non habet nisi vnū motū. nec;
est alterius ōnino. quū motus cōtinuus
est ita cōtinuatū. et similiter est si addat
aliud diuisionē. vnde necesse est si hoc est
impossibile vt sit idē equalis illi. ergo ista
diuisio est secūm ptes. et necessario inuenī
tur in omī ptibili.

Ista est tertia declaratio .i. et dicit et h
motus totus magnitudinis fuerat alius
alius a motu cōposito ex duob⁹ motibus
partiū magnitudinis .d.h.z. v.g. motus
t.f. d.d. diuidetur ex eo .xx.i. q̄m magnitudo
quā diuidimus in duas ptes equales .s.a.
b.b.c. et posuimus .d.h. motū a.b. et .h.z.
motū .b.c. si ponemus q̄ motus istius
totius magnitudinis .s.a.b.c. sit alius a
motu congregato ex .d.h.h.z. qui sūt mot⁹
partiū illius .s.a.b.b.c. v.g. motus .t.f. ne
cesse est vt iste motus .t.f. diuidatur in du
os motus .s. in motū vtriusq; partiū magī
tudinis .s.a.b.bc. q̄m q̄ totū mouentur
partes mouebūtur .t.d.d. et erūt isti duo
xx.i. et erūt isti duo motus in quos dui
ditur motus .t.f. quē ponimus ee alū
motū a motu .d.z. equales duobus mo
bus in quos diuiditur motus .d.z. s. mot⁹
d.h.z. et q̄ isti duo motus fuerūt equales
eis. s. motus duarū magnitudinū. ergo
sunt vnus motus idē. s. q̄ motus .t.q. erit
motus .a.h. et motus .q.f. erit motus .h.
z. q̄m impossibile est vt vna magnitudo
habeat nisi vnū motū. s. magnitudo .a.b.
et magnitudo .b.c. que sūt partes totius
magnitudinis. et hoc intendebat q̄ dix
it q̄m vnū habet vnū motū .i. q̄ fuerūt
motus .t.q. q.f. que sunt partes motus
t.f. equales duobus motib⁹ d.h.h.z. quē
partes duorū motuū .d.z. et pars .t.q. et d.
h. sunt vnus magnitudinis .a.b. et sunt
equales. et motus .q.f.t.h.z. sunt vnus
magnitudinis eaū .s.b.c. et sunt eaū equa
les et vna magnitudo non habet nisi vnū
motū ergo motus .t.q. est idē cū motu .d.h
et motus q.t. est idē cū motu .h.z. et q̄ dā
muit hoc dicat. ergo necesse est si motus .t.
f. xx.i. q̄ motus .t.f. quē posuimus alū a
motu .d.z. et posuimus q̄ motus magī
tudinis diuiditur in duas partes motū
d.z. que sunt partes .a.b.b.c. necesse est vt
motus .t.f. sit equalis motui .d.z. et q̄ sit
equalis. et sunt in vna magnitudine. ergo
sunt idē q̄ vnū motū non habeat nisi vnū
motū et q̄ volunt cōfirmare eos ee equales
dicit. si igitur diminuit xx.i. et totus mot⁹
t.f. si diminuitur a toto motu .d.z. tūc nich
il inuenitur cui attribuatur iste motus di
minutus. nec; toti nec; parti. toti vero q̄ nul
lū q̄d diminuitur ab hoc motu est motus
partiū. aut quia motus diminutus ē ille
qui diuiditur in ōnes partes. s. ptes mot⁹
et ideo dicit. si igitur diminuit. xx.i. et ista
pars diminuta a motu non inuenitur ali
quid de magnitudine cui attribuatur nisi
esset possibile vt vna magnitudo haberet
plus q̄ vnū motū. vnde impossibile ē vt s̄
diminuto attribuatur aliqui ōmno toti
aut parti. q̄m totū et partes habēt motus
alios a bis⁹. d.d. nec; alterius ōmno xx
i. et ista diminutio que est in motu impossi
bile est vt attribuatur alij moto a toto et
a parte. q̄m impossibile ē vt diminutio ex
istens in moto istius magnitudinis attri
buatur alij moto. q̄m q̄ duo mota fuerūt
diuersa ab inuicē tunc motus eorū nō erit
cōtinuus. et q̄ non fuerit cōtinuus non
erit vnus. d.d. et similiter xx.i. et similiter
motus addens non erit aliquis motus ōm
no. quia addidit super partes motus. et q̄a
vnū motū non habet nisi vnū motū. et vni
uersaliter sequitur vt motus sit partis et
nō sit. motū autē non esse partis est quia
motus totius diuisus est in ōnes partes
et diminuitur ex eo iste per motus. ipm̄ v
no ee partis est quia ita posuimus primo
q̄ est vnus motuū partiū. q̄m p illū ar
dit illud q̄d congregatur ex motib⁹ ptium

magnitudinis .a.c. cuius partes sit .a.b.b.c. Deinde dedit causam huius sermonis. et dixit quia vnaquaq; pars &c. i. et causa in hoc est. quia tota magnitudo .a.c. non dicitur moueri nisi quia vnaquaq; pars eius mouebitur vno motu. et hoc intendebat quia dixit quia vnaquaq; pars &c. et .q. declarauit q aliquid non dicitur moueri secundum totum nisi ea qualibet suarum parium mouentur motu vno et dixit. et neutrum mouetur &c. i. et quia motus que habet tota magnitudo non est ita nisi quia partes eius habent motum. et est impossibile vt motus totius attribuatur pariq sequitur vt motus totius sit omnium parium. na impossibile est vt motus alicuius attribuatur alij ab eo qd mouetur illo motu. et intendit in declaratione eius qd est motus parium sit motus totius declarare ex hoc q motus totius ea est diuisibilis secundum diuisibilitatem motus. et quia iste modus diuisibilitatis est alius ab eo que habet secundum suam extensionem cum tempore

¶ Amplius autem si omnis motus alicuius est. totus autem motus qui est in quo est d. z. neq; parium est neutre partis vtriusq; eius est neq; alterius nullius enim eius totius totius et partes parium sunt. partes autem ipsius .d. z. sunt ipsarum que sunt .a.b.c. et nullarum aliarum. plurium enim non est vnus motus et vtriusq; totius motus est ipsius .a.b.c. magnitudinis

¶ Et cum si omnis motus est alicuius et motus .d. z. est alicuius partis. quia vtriusq; pars est pars partis non alterius omnino. quia illud cuius est totius est totius motus. partes motus sunt parium eius et partes eius sunt parium .a.b.c. non alterius omnino. quia si vnus motus non est plurium vno necesse est vt iste motus totius eam sit magnitudinis .a.b.c.

¶ Ista est alia demonstratio quodam modo et confirmat predictam alio modo et dixit et cum &c. i. si omnis motus est motus et motus compositus ex motibus parium .v. g. motus .d. z. qui est compositus ex motibus .d.h. h.z. qui sunt parium .a.b.b.c. et non est alterius partis istius motus. necesse est vt totius sit totius. sed antequam inducit exemplum incepit verificare hoc qd posuit in precedenti. s. q motus congregatus ex partibus motus qui non fuit vt alterius parium motus. necesse est vt sit totius motus. et hoc incepit facere in prima demonstratione pro manifesto et dixit. quia vnaquaq; pars est pars &c. i. motus congregatus ex motu parium non est vnus parium. quia quelibet pars habet partem illius motus. et impossibile est vt motus congregatus ex motibus istarum parium sit vnus istarum parium. ita q totum et pars sint eiusdem. ergo necesse est vt sit totius. Deinde induxit aliud sermonem ex quo sequitur ista conclusio prima consentione et dixit. quia illud cuius totius &c. idest quia non est dubium in hoc. s. q partes motus cuius totum est totius motus sunt parium motus. sed est dubium de conuerso. s. q motus qui est parium motus est motus totius. s. omnium parium. sed dicamus q ista conuersio est vera. quoniam quia fuerit impossibile vt partes sint alterius ita a partibus motus necesse est vt motus totius sit congregatus ex motibus partium. quia si hoc non fuerit tunc motus totius erit magis vniuersalis quia id qd congregatur ex motibus parium. et sic erunt partes motus totius in partibus totius in aliquo alio a partibus totius si motus eius qd congregatur ex partibus fuerit magis particularis quia motus totius. et hoc intendebat q. dixit. quia si vnus motus non fuerit &c. i. quoniam si partes motus totius non fuerint in si parium totius quia sit impossibile vt vnus motus sit plurium vno moto. necesse est vt motus congregatus ex motibus parium sit motus totius quemadmodum partes motus totius sunt parium motus. s. q iste positio concluditur. et ista declaratio est vtilis in eis quibus vtitur in fine octaui. s. q motus infinitus non est corporis finiti

¶ Amplius autem si quidem est totius alicuius motus vt in quo .t. i. intuebitur ab eo quia sit vtriusq; parium motus. hi autem equales erunt his qui sunt .d. e. z. vnius cuius vnus motus. quare si totius quidem diuidatur qui est .t. i. in parium motus eis erit qui est .t. i. et qui est d. z. si vero detur aliquid vt qd est .t. i. qui nullius est motus. neq; cuius totius neq; parium proprium qd vnius vnius est neq; alterius nullius. continuus autem cuius motus est continuum cuius quorundam. similiter autem est. et si excellat secundum diuisionem. quare si hoc ipsi

rumus q̄ aliquis totus motus est ī aliquo
toto tēpore medietas erit m medietate et vī
uersaliter minor m minori. et sicut motus
diuiditur per diuisionē tēpus. similiter
tēpus diuiditur per diuisionē motus

Eodē autē modo et ipm moueri diui
detur. sit enī m quo est. c. ipm moueri se
cundū igitur mediū motū minor est to
to. et iterū sēdm medietatis mediū. et sic
semper. est autē et ponentē sēdm vtrūq;
motuū ipm moueri. vt sēdm. d. e. et. e. di
cit q̄ totū erit sēdm totū. si namq; aliud
plus erit ipm moueri sēdm eundē motū
sicut dictum est. et motū diuisibilē
ī partū motus esse. accepto enī ipo mo
ueri sēdm vtrūq; continuū erit totū

Et sēdm hunc modū cnā diuiditur
motū. sit igitur motū. c. m medietate ig
ius motus erit motū minus q̄ totū
motū. similiter m medietate medietatis
et sic semper. et debemus cnā ponere et di
cere q̄ moueri vtroq; motuū. D. g. e. d. et
motū. z. h. totū cnā est illud qđ est toti
ius. quū si fuerit aliud tunc plus quā
vnū mouebitur vno motu vt declaramus
mus quū motus cnā diuidatur m mot
partū. quū si partes ampliatur vtriq;
eorū totū erit continuū

Quū declarauit quomodo motus et tēp
diuidūtur diuisionibus equalibus vult
declarare cnā quomodo ipa motio cnā di
uiditur per diuisionē motus. s. motio mo
tu. et dicit. et sēdm hunc modū cnā diuidi
tur motio. i. et quū posuerimus q̄ tota mo
tio est totus motus. manifestū est q̄ mo
tū cnā diuiditur per diuisionē motus. s.
q̄ medietas motus erit medietatis moti
qđ permansit spatiū de mutuo vsq; ad finē q̄
mā iste partes sunt ille per quas diuidit
totus motus vt dictū ē. non partes que fit
sēdm diuisionē tēporis. D. d. igitur tota
motio ꝛc. i. q̄ pars moti que mouetur per
medietatē istius motus de mutuo spatij ad
finē. erit necessario motus minor q̄ illud
qđ mouetur toto motu. et illud qđ mouet
ur medietate illius necessario erit minus
D. d. et habemus cnā ponere ꝛc. i. et debem⁹
cnā dicere q̄ quū posuerimus duas motio
nes vtriusq; motuū qui sunt partes vni⁹
motus. V. ff. motionē que est motus. c. d.
et motionē que ē motus. d. h. dico q̄ tota mo
tio que ē congregatiū motionis duorū moti
uū ē tota motio que est totus motus qui cō
gregatur ex duobus motibus. c. d. d. h. Dē
de inducit demonstrationē et dicit quū si fue
rit aliquid ꝛc. i. quū si tota motio que congre
gatur ex duabus motionibus que duarū
sunt partū motus fuit alia a motione q̄
est totus motus et fuerūt partes motōis
que est totus motus vt numerauimus mo
tionis partū motus tunc plus q̄ vna mo
tio erit vnus motus quū vna quaq; pars
habebit duos motus motū sui ipi⁹ et mo
tū qui ē pars motus totius. nā positū est
q̄ partes motus tot⁹ spatij sunt partium
mot. D. d. vt declarauimus ꝛc. i. vt declarau
mus q̄ motus diuiditur m partes et mot⁹
partū m partes motuū totius. D. d. quū. q̄
ampliatur motio ꝛc. i. quū quū motio ampli
tur vtriusq; partū motuū. i. augmentus
mus que imaginatur inter illas tunc mot⁹
erit continuus et tota motio erit cōtinuata
vna et quū tms imaginatur erit plures

Similiter autē demonstrabitur et lon
gitudo diuisibilis. et omnino illud ōne q̄
est mutatio preter quedā que sēdm accidēs
qđ eorū mutatur est diuisibile. vno enī di
uisio ōnia diuiditur et in ipo finita esse aī
finita. similiter se habebit de ōnibus. sem
tū autē maxime est diuidi oīa. et infinita
esse ab ipo incipiendo. mox enī inest mutan
ti diuisibile. et infinitū diuisibile quidē ig
ostensiū est prius. finitū autē in sequentib⁹
erit manifestū.

Et eodē modo declarabitur q̄ longitudo
diuiditur et vniuersaliter ōne in quo est
mutatio sēdm quoddā diuiditur q̄
actus. quia mutatū est diuisibile
quū quū vnū diuiditur oīa diuidūtur. et
hoc q̄ diuisiones eorū sunt finite aut in
finite. eodē modo est de ōnibus eis sed ueri
se est primū vt oīa istā sunt diuisibilia. vt
diuisio sit infinita eorū preter mutatū.
quū quū intelligis mutatū. statim
intelligis diuisionē. et q̄ est infinita diui
sio autē in eo declarata est superius. ipaq;
autē esse infinitū declarabitur post

Dicit et eodē modo declarabitur q̄ spatiū
p qđ est motus in vbi diuiditur p diuisionē
motus. et vniuersaliter omne predicatū in

motuū totius posituū
Alius autē sēdm tēpus est. tēpus autē ō
ne diuisibile est in minus autē minus mo
tus est. necesse est autē diuidi motus sēd;
tempus
¶ Ista igitur diuisio est sēdm ptes et necel
se est vt sit in ōm patibili. et alia diuisio
est sēdm tempus. quū ōnis motus est in
tēpore. et ōne tēpus est diuisibile et mot⁹
in minus tēpore est minus. et sequitur ne
cessario vt ōnis motus sit diuisibilis se
cundū tempus
¶ Quū declarauit q motus est diuisibilis
sēdm diuisibilitatē moti. vult declarare eādē
ipm ee diuisibilē sēdm diuisibilitatē tēporis
et syllogismū cōponit sic. ōnis motus est in
tēpore et hoc declarauit est. et ōne tēpus ē diui
sibile. et hoc eadē declarauit est. et existimatur
q sequitur ex hoc q ōnis motus est diuisibi
lis. sed non est ita donec ꝓbetur q ōnis mot⁹
est in tēpore sibi equale. et ideo dixit. et mot⁹
est in tempore minus minus. quū si hoc non
esset esset possibile motū ee mdiuisibilē et tē
pus diuisibile. vnde necesse est dicere q ōnis
motus ē in tēpore equali ei. et ōne tēpus est
diuisibile. ergo ōnis motus est diuisibilis
ergo diuisibilitas motus est sēdm motum
et sēdm tempus. et quia diuisibilitas in eo
est diuersa quia motus sunt in generibus
diuersis. incepit rememorare hoc et dixit. t
necesse est vt sit in ōm parabili. et pōt intel
ligi subiectū motus non diuisio eius p rē
motū sēdm q est res motus. quū hoc declara
tū est et intelligo per subiectū motus illud
in quo est. v. gr. locū in motu locali. et Alex
dixit. et ōne motū habet motū
¶ Quū autē omne qd mouetur in aliq̄
mouetur et quodā tempore. et ōnis ē mot⁹
necesse est easdē diuisiones esse temporis t
motus et ipius mouen. et qd mouetur et
in quo motus est sed non oēm. similiter ē
in quibus motus est. sed q̄n quidē sēdz se
ipm qualis eadē sēdm animas. aliquā
tū tempus in quo mouetur in quo sit. a
et motus in quo. b. si igitur per totū in ō
in tēpore est motū in medio per minorē et
iterū hec diuisio per minorē hoc. et sic sēp
similiter autē et si motus diuisibilis sit t
tēpus diuisibile. si eū per totū in ōm. per
medium in medio. et iterū p minorē i minoi

¶ Et quia ōne motū mouetur in aliquo
tempore. et ōnis motus habet motū. necel
se est vt tempus et motus. et motū et mo
to. et illud in quo est motus habeāt eam
dē diuisionē. preter hoc q non sunt eodē
modo in ōnibus rebus in quibus est mo
tus. sed sunt quātitates essentialiter et q̄
litates per accidens. sit igitur tempus in
quo est motus a. et motus sit. b. si igitur
istr totus motus est in hoc toto tēpore ille
q̄ erat ī medietate eius minor. et quū hoc di
catur iste erit minor eodē modo si mot⁹
eā erit diuisibilis. et tempus eā erit di
uisibile. quū si in toto est totus medietas
erit in medietate. D. minor in minori
¶ Et quia ōne motū mouetur in ali
quo. i. aut in vbi. aut in quale. aut ī quan
to. et ōnis motus est in istis tribus s. ī mo
to et in eo in quo est motus et in tēpore t vi
detur michi q illud qd iacet in textu ē melio⁹
q̄ correctio Alex. quū si posuerimus q tēpus
et motū et genus in quo est motus habue
rint motū. sequetur necessario vt tēpus sit
diuisibile et motū et motio. quū si ista hnt
motū aliquē. et ōne qd habet motū est di
uisibile. concludetur ex hoc q ōnia istu sūt
diuisibilia qd non concluditur si posuerim⁹
q ōne motū habet motū. et quū dixit q mo
tus attribuitur vnicuiq; istoru trū corpor
dixit. necesse est vt tēpus et motus et motio
et motū ꝛc. i. et quū motus dicitur ee in illo
in quo mouetur et in tēpore et in moto ne
esse est vt ista diuidātur per diuisiones eiusde
s. q medietas motus sit in medietate tēpo
ris. et in medietate eius in quo est motus
et in medietate moti. et similiter de media
tate medietatis. et sic in infinitū. D. d. ꝓt
hoc ꝛc. i. et licet motus et illud in quo ē mo
tus et tēpus diuidatur diuisionibus eiusde
bus. tamē diuisio in illo in quo est motus
non attribuitur ei in quo est motus eodē
modo. sed attribuitur motui in quātita
te per se. quū diuiso sit essentialis q̄titati
et attribuitur motui in qualitate per ac
cidens. et intelligendū est hic de q̄titate cū
motu augmenti et diminutionis motu
locali. locus enī numeratur in q̄to et am
dita diuisio essentialiter. Deinde mduxit
exemplū de litteris et sermone eius in hoc ē
manifestus. et intēto eius est q si posue

tionū necessariū est mā in alijs trāsmu
tationibus. dispositio eiī in vno modo
trāsmutationis est sicut dispositio in alijs modis

Vult declarare ꝙ hoc qd dictū est de trās
mutationibus vniuersaliter manifestū ē
ꝙ sem trāsmutatione que dicatur trāsmuta
tio principaliter. et est illa que est de affirma
tiua in negatiuā et de negatiua in affirma
tiuā que dicitur generatio et corruptio. et
dixit. et quia vna trāsmutationū ꝛc. i. et q:
hoc nomē trāsmutatio dicitur principaliter
de ea que est de non ente in ens. et de ente in
non ens vt dictū est in quinto. et est manifestū in hac trāsmutatione ꝙ non habz me
diū. ꝙ qū aliquid trāsmutatur a nō ente.
statim separatur a non ente. vnde necesse ē
vr sit in ente. quia non est mediū inter ens
et non ens. et qū dixit ꝙ istu eius intentio
manifesta est in trāsmutatione que est in
substantia. dixit. et ꝙ hoc est necessariū in
hac trāsmutatione ꝛc. et hoc qd' declarauit
non est declaratio exēplians. sed est declārio
ad diligendū considerationē non quia hoc
declaratur in alijs trāsmutationib⁹ sed in
ꝙ declaratur illud qd' est ignotū naturalit'
a noto. sed sdm ꝙ declaratur illud qd' ē in
nobis latentia ex eo qd' est ignotū naturali
ter per illud qd' est manifestus et sdm hūc
modū vsitatur in descriptionibus et diffi
nitionib⁹ via diuisionis et explicationis
qū terminus medius in istis est idē et est
qd' illud qd' trāsmutatur statī separatur
ab eo a quo trāsmutatur. et venit ad illud
ad qd' trāsmutatur qū sit mediū inter illd'
a quo trāsmutatur et illud ad qd' trāsmuta
tur primo. sed hoc appart magis in trans
mutatione que est in substantia qū illic ñ
est mediū inter illud a quo et illud postremū
ad qd' est trāsmutatio. sed primū mediū ē
in alijs trāsmutationib⁹ quasi illud ad qd'
in hac trāsmutatione. ista igitur trāsmu
tatio in duobus extremis habet dispositio
nē sicut est dispositio aliarū trāsmutatio
nū inter illud a quo et illud ad qd' primo
venit transmutatū

Amplius et sdm vnāquāq; arripiē
tibus manifestū est. liquidē necesse est qd'
mutatū est esse alicubi. aut ex quo mu
tatū est esse alicubi. aut ex quo mu
tatū est. aut in aliquo. qū autē ex quo
mutatū est desert necesse est autē esse ali
cubi. aut in hoc aut in alio erit. siquidem
igitur in alio vt in ipō. s. qd' in ipm. b. mu
tatū est iterū ex. s. mutatur in b. non ēt
habitū ipi. b. mutato cui oppositum est. ñec
qd' mutatū est qū mutatū est mutatur
qd' mutatū est. hoc autē est impossibile:
necesse ergo qd' mutatū est ēt in hoc i quod
mutatū est

Et cū hoc appart illi qui considera
uerit vniūquēq; modū trānsmutationū
qū sit necessariū ꝙ one qd' trāsmutatur sit
in aliquo vbi. aut in aliquando. qū qū se
parantur ab illo a quo trāsmutantur. neꝛ
se est vt sit in aliquo vbi. aut in aliquan
do aut in hoc. signatur illud qd' trāsmuta
tur ad. b. est in alio. v. g. in. s. semper trā
transmutabīmur de. s. ad. b. qū s. non est
contradictoria ad. b. et transmutatio est
cōtinua. vnde necesse est vt illud qd' iā trās
mutatur qū transmutatū est semp. trās
mutetur ad illud ad qd' trāsmutatur qd'
est impossibile. ergo necesse est vt illud qd'
iam transmutatur sit in illo ad qd' trās
mutatur

Qū declarauit hoc ostēsiue et post sdz ex
emplificationē vult eaī declarare hoc duc
do ad inconuenies et dixit. et eaī ꝛc. i. et nō
solūmodo appart h in alijs trāsmutationi
bus ex hoc ꝙ appart in trāsmutatione que
est in substantia sed h appart vniuersalit'
in ōnibus trāsmutationib⁹ qū ōne trāsmu
tatū qū trāsmutatur venit in aliud ab eo a
quo trāsmutatur aut vbi aut qū aut qua
le aut quātū. d. d. qū qū separantur ab illo
ꝛc. i. et hoc qd' diximus necesse est. qū qū trās
mutatū separatur ab eo a quo trāsmuta
tur. necesse est vt sit in aliquo. et illud aut
erit ad qd' est trāsmutatio primo. aut erit
aliud ab eo ad quod est trāsmutatio nō pri
mo. et qū dixit aut in hoc. intendit illud ad
qd' trāsmutatū trāsmutatur primo. et qū
dixit aut in alio intendit ab eo ad qd' est trās
mutatio non primo qd' est mediū in trās
mutationibus hūmbus mediū. aut illud
ad qd' est trāsmutatio postremo in trāsmu
tationib⁹ que sunt sdm contradictionē. et
qū dixit ꝙ qū trāsmutatū separatur ab eo
a quo trāsmutatur. est in aliquo. i in illo
ad qd' est trāsmutatio primo aut in alio. d.

quo muentur trāſmutatio .ſuentur m eo
duiſibilitas .ſed m quibuſdā per ſe .ſ. m quā
titate .et m quibuſdā per accidens .ſ. m quali
tate .et trāſmutatio que m vbi muneratur
m quātitate .D.d. quia trāſmutatū eſt diui
ſiblē .i. t duiſibilitas accidit transmutatio
ni per trāſmutatū .qm̄ ōne trāſmutatū eſt
duiſibile eſſencialiter vt declaratū eſt .et ſi
equalia m accidentibus duiſionis .ſ. q ſi v
nū erit duiſibile .oīa erūt duiſibilia .ſ. q ſi
vnū ponatur duiſibile declarabitur q alia
ſūt duiſibilia .D.d. et m hoc q duiſiones ic̄
i. et illud qd̄ contingit m vno de finitate aut
infinitate contingit m alijs .D.d. et ſequit̄
ppue vt oīa iſta ſint duiſibilia ic̄ .i. et neceſ
ſe eſt vt motus et tēpus et motū ſint indiui
ſibilia m infinitū .et vniuerſaliter vt ſit con
tinua q trāſmutatū eſt duiſibile et de
natura cōtinui .qm̄ cauſa m hoc q tēp̄s ſit
continuū eſt motū eſſe continuū .et cauſa
hoc q motus ſit cōtinuus eſt q motū eſt
continuū .D.d. qm̄ qū intellectus trāſmuta
tū ic̄ .i. qm̄ ſi tu intellectus trāſmutationē
ſtatū intelliges duiſibilitatē m infinitū di
uiſibilitatē aut̄ q trāſmutatū non intel
ligitur ee m trāſmutatione niſi qū magīa
tur ee m eo ex quo m eo ad quod .ipam vero
ee infinitū declarabitur poſt .qū declarauit
q ōne qd̄ trāſmutatur prius trāſmutabat̄
et ōne qd̄ trāſmutabatur prius non trāſ
mutabatur .et hic m infinitū

¶ Qū aut̄ ōne qd̄ mutatur ex quodā in
aliquid mutatur neceſſe eſt qd̄ mutatur
qū mutatū eſt eſſe in quo mutatū eſt .qd̄
mutatur aut̄ ex quo mutatur diſtat aut
deſinat ipm̄ et aut idē mutat eſt et deficit
aut ſequitur ad mutat ipm̄ deficit .nā
qd̄ eſt mutatū eſſe deſtitit .ſimiliter cuīm
vtriq; ſe habet ad vtriq;

¶ Et quia ōnis transmutatio eſt de aliq
et in aliquid .neceſſe eſt vt illud qd̄ trāſ
mutatur qū eſt in principio trāſmutatio
nis eſt in illo in quo trāſmutatur .trāſ
mutatū aut̄ intelligitur ab eo a quo trāſ
mutatur et ſeparatur ab eo .im q trāſmuta
tio et ſeparatio ſunt idē .aut ſeparatio ſeq̄t̄
trāſmutationē .neceſſe eſt vt illud qd̄ trāſ
mutatur ſeparatur .qū tot̄ modo ſe hūt
ad inuic̄

¶ Vult hic declarare q trāſmutatū i ōne

trāſmutationis dicatur iā trāſmutatū ee
non trāſmutatum .qm̄ licet duo ſint oppoſita
et intendit hic per trāſmutationē trāſmuta
tionē que dicatur de quatuor trāſmutation
bus .ſ. ſubſtantia et vbi et quale et q̄tū .t .d.
de aliquo in aliquid .i. de aliquo in quo eſt
queſcens .et in aliquid in quo eſt queſcens
D.d. neceſſe eſt ic̄ .i. et qū ōnis trāſmutatio ē
de aliquo et in aliquid inter que eſt trāſmu
tatio .et inter primū trāſmutationē et qu
ē que eſt in eo ex quo non eſt medīū .neceſ
ſe eſt vt trāſmutatū primo qū trāſmutat̄
tendat ab eo a quo trāſmutatur .et veniat
ad illud ad qd̄ trāſmutatur primo nō ſcdo
qm̄ qū ſeparantur a quibꝰ que eſt in eo ex q̄
ſtatū venit ad primū ad qd̄ eſt trāſmuta
tio neceſſario .D.d. licet transmutatio et ſe
patio ic̄ .i. trāſmutatū primo qū trāſmu
tatur ſeparatur ab eo a quo trāſmutatur
in inſtanti aut qua ſeparatio et trāſmuta
tio ſunt idē .aut qua ſequitur ſe et nō cu
rat in hoc loco quomodo eſt qū ſit manifeſ
tū eas eſſe ſimul et qū poſuerit hoc dixit :
neceſſe eſt vt illud qd̄ trāſmutatur ic̄ .i. et .q.
trāſmutatio et ſeparatio ſint q̄tua .ſequit̄
vt illud qd̄ trāſmutatur ab aliquo .ſepare
tur a illo .et qua inter quibꝰ ē in eo ex quo
et mutū eius ad qd̄ eſt trāſmutatio nō eſt
medīū .ſequitur vt qū trāſmutatū ſepatur
a quibꝰ ſit in eodē mutuo eius ad qd̄ trāſmu
tatio eſt neceſſario qū eodē modo habeat ſe
ſ. q qū trāſmutatio fuerit ſeparatio erit et
e conuerſo

¶ Qū ergo vna mutationū eſt ſcdm
contradictionē qū mutatū eſt ab eo qd̄ nō
eſt in eſſe deſinit non eis eſt igitur in eſſe
ōne cui neceſſe eſt eſſe aut non eſſe .manifeſ
tū igitur eſt q in mutatione ſcdm contra
dictionē qd̄ mutatū eſt erit in quo mu
tatū eſt .ſi aut̄ in hac et in alijs eſt .ſimi
liter cui in vna et in alijs eſt

¶ Et quia vna trāſmutationū eſt illa
que eſt ſcdm̄ contradictoria .qm̄ aliq̄d
trāſmutatur de non ente in ens .tunc ſe
patur a non ente .erit igitur in ente .qm̄
neceſſe eſt vt ōne aut ſit ens aut non ſit
ens .declaratū eſt igitur q in transmuta
tione ſcdm contradictoria illud qd̄ trāſ
mutatur erit in illo in quo transmutat̄
et ſi hoc erit neceſſariū in hac trāſmuta

¶ Qñ declarauit q̄ in mino cuius qd' trans
mutatur res trāsmutabilis venit in illud in
quo trāsmutatur. vult declarare q̄ minū il
lius in qd' est trāsmutatio est indiuisibile t
dixit. et illud in quo ꝛc. 1. et illud in quo trās
mutatū erit in mino trāsmutationis. necesse
est vt sit indiuisibile. et similiter id ad qd' p
uenit. et hec est causa in hoc q̄ finis et prin
cipiū trāsmutationis sint indiuisibilia. t
qñ dixit q̄ minū eius in qd' trāsmutatū trā
smutatur. et finis eius debet cē indiuisibile
exposuit illud qd' intendit et dixit. et intel
ligo p primū ꝛc. 1. et intelligo p primū illd'
qd' dicatur trāsmutari non qua aliqua ps
eius est talis primū cui est illud qd' nō pre
dicatur de aliquo propter aliud. Deinde in
cipit declarare qd' primū qd' tale est debet
esse indiuisibile. et dixit. sit igitur. a. c. ꝛc. 1.
dico q̄ minū eius in qd' trāsmutatur debz
cē indiuisibile. si autē sit diuisibile et sit. a.
c. et diuidatur in. b. dico igitur q̄ si magni
tudo. a. b. c fuerit diuisibilis. necesse est vt
trāsmutatū sit trāsmutatū in vtraq; ptē
a. b. c. aut adhuc trāsmutetur. si autē trās
mutatū est in vtraq; parte. tūc trāsmuta
tio eius in. a. b. c. toto non erit prima. sed
positū est ita qd' est inconuenies. et si ī vtr
q; adhuc trāsmutetur. et non est trāsmu
tatū. contingeret vt in toto trāsmutetur. h;
positū est ipm ita trāsmutatū cē. et hoc in
tendebat qñ dixit. si igitur trāsmutatū. id
ē. si igitur trāsmutatū in vtraq; ptē. a. b. c.
non vere dicitur ita cē trāsmutatū. qm̄ sequ
tur ex eo vt non sit minū trāsmutationis
sed semp trāsmutatur. ergo necesse est vt sit
in toto. s. in. a. c. semper trāsmutari. q: ne
cesse est vt sit in vtroq;. aut vere dicatur sp
trāsmutari. aut ita trāsmutatū cē. si igitur
non vere dicitur. iam trāsmutatū cē. neces
se est vt in vtraq; trāsmutetur ergo ī toto
est tale. s. trāsmutari. et positū est q̄ in to
to trāsmutatur. ergo in eodē semper trans
mutatur. et est transmutatū insimul qd'
est impossibile et abbreuiatio huius demō
strationis est talis necesse est vt illud qd'
trāsmutatur in tota magnitudine. sit in
vtraq; parte. s. qñ est in altera parte. aut
nondū trāsmutatur. aut ita trāsmutatū
est. aut semper trāsmutatur. si autē non
dū trāsmutatur. ergo est quescēs in ōnib'
ptibus magnitudīs et in toto ita trāsmuta
tū est. et hoc est inconueniens et si ita trans
mutatū est in vtraq;. tunc in magnitudie
ita trāsmutatū est non primo. et si in eis sp
trāsmutetur. ergo in. a. b. c toto trāsmutat'
sed positū est iam trāsmutatū cē. ergo in eo
dē transmutatur. et est ita trāsmutatū. et s'
est impossibile. sed Arist. tacuit diuisionē di
centē q̄ in vtraq; erit quescēs quia est ma
nifesta. et quia ita vsus ē in hac ꝓpositione
in mino huius tractatus. D. d. et ista eadē
ratiocinatio sequitur ꝛc. 1. et istud impossi
bile sequitur eadē. si ponemus ipm̄ ī vna
parte ita trāsmutatū esse. et in alia adhuc
trāsmutari. V. gr. in parte. a. b. iam trāsmu
tatū cē. et in parte. b. c. adhuc trāsmutari
qm̄ ratio in hoc eadē est. s. quia sequitur vt
illud qd' positū est primū non sit primū. D.
d. ergo necesse ē vt illud ꝛc. 1. sequitur igitur
ex hoc sermone vt illud qd' est minū ī quo
est trāsmutatio non sit diuisibile neq; vl
timū eius in quo est trāsmutatio. et intel
ligendū est hoc eadē in tempore trāsmuta
tionis. s. q̄ minū eius est indiuisibile. et q̄ si
est tēpus. sed instans.

¶ Manifestū igitur quia et qd' corrup
tū est et qd' factū est in atomo. hoc quidē
corruptū hoc autē factū est. dicitur autē i
quo mutatū dicitur. aliud quidē in quo
primo perficit mutatio. tunc tū verū
est dicere qd' mutatū est. aliud vero in quo
primo incipit mutari

¶ Manifestū est igitur q̄ illud qd' cor
rumpitur et qd' est. est ī indiuisibili et hoc
qd' dicimus minū eius in quo est trans
mutatione est duobus modis. quorum
vnus est illud in quo perficitur transmu
tatio. qñ tunc dicitur vere aliquid ita trā
smutatū esse. alius vero est illud in quo
incipit transmutatio

¶ Ista demonstratione ꝓdicta est in trāsmu
tationibus diuisibilib' que hñt principiū
et finē trāsmutationes vero indiuisibiles
s. que sunt indiuisibili. V. gr. generatio et
corruptio sunt in forma. et forma ē indiui
sibilis. manifestū est igitur de eis q̄ iste trā
smutationes sunt in reb' indiuisibilibus
D. d. manifestū est igitur ꝛc. 1. manifestū
est igitur q̄ illud qd' corrūpitur. corrūpit'
in indiuisibili. et q̄ illud qd' fit. fit in indi

ſ ſ igit̃ illud qđ trāſmutat̃ ad b. ꝛc̃. ponat̃ igit̃ aliqđ trāſmutatū ſequan ab eo a q̄ trāſmutat̃ et veniat ad illud ad qđ transmutatio eſt primo et ſit. b. et ponat̃ q̄ quo hoc transmutatū transmutet̃ ad b. qđ ē m alio. ū. ḡ. m. c. ſequit̃ neceſſario vt ſēp m. c. trāſmutet̃ ad b. et vt m b. ſit iā transmutatū. Deinde dedit cauſā m hoc. et dixit q̄m. c. non eſt contradictorium ad. b ꝛc̃. i. et neceſſe ē vt ſit m. c. continue trāſmutatiōis qua. c. non eſt continuū ad. b. vt trāſmutatū ſit m eo quieſcēs. et q̄ m. c. non fuerit quieſcēs neceſſario eſt m eo trāſmutatum et q̄ declarauit hoc dedit impoſſibile qđ ſequit̃ ſi trāſmutatū fuerit m aliquo alio ab eo ad qđ eſt trāſmutatio primo et dixit ergo neceſſe eſt vt illud qđ iā trāſmutatū eſt ꝛc̃. i. ergo neceſſe eſt vt trāſmutatū trāſmutet̃ ſemper ad illud ad qđ iam transmutabatur et q̄ poſuit q eſt m primo a quo trāſmutat̃. ſequit̃ vt transmutet̃ ad illud ad qđ transmutabatur. et ſic ambulans ad aliquē locū eſt m illo loco dū ambulat ad ipm. et q̄ contingit ex hoc ipoſſibile ſequit̃ vt trāſmutatū m p̄mo q̄ trāſmutat̃ ſit iā trāſmutatū q̄m ſequit̃ ſi hoc non fuerit vt trāſmutatū trāſmutet̃ ad illud m quo eſt. ſ. trāſferet̃ ad illud m quo eſt aut trāſferet̃ q̄ trāſlatū eſt. et ſic preteritū erit futurū. et q̄ declarauit impoſſibile qđ ſequit̃ hoc dedit concluſio q̄ eſt contradictoria ipoſſibili. et dixit ergo neceſſe eſt vt illud qđ trāſmutat̃ ſit i illo ad qđ trāſmutat̃ primo

¶ Manifeſtū igit̃ eſt et qđ factū q̄ factū eſt erit et quod corruptū eſt q̄ corruptū eſt non erit. vniuerſaliter aut̃ dictū eſt et de oī mutatione. et maxime eſt manifeſtū in ea que eſt ſecm contradictionē q̄ quidē igit̃ qđ mutatū eſt q̄ mutatū eſt primū in illo ē manifeſtū eſt

¶ Manifeſtū eſt igit̃ q̄ illud qđ fuit eſt q̄ fuit ens. et illud qđ corrūpit̃ nō eſt ens. q̄m iā dixim̄ vniuerſaliter in oī trāſmutatione. et hoc manifeſtius eſt in ea que eſt ſecm contradictionē. manifeſtū eſt igit̃ q̄ illud qđ transmutatū eſt. mutatio transmutatiōis eſt in illo ad qđ transmutat̃

¶ Vult notificare q̄ h̄ q̄ ītēdebāt declarare. ē manifeſtū in trāſmutatione q̄ eſt in contradictoria ex declaratione que continet ab as trāſmutationes. et ſi manifeſtū ē in hāc trāſmutatiōē. ſ. que fit ſecm contradictoria q̄m hoc eſt manifeſtū per ſe. et in alijs per medium. et quaſi dicat manifeſtū eſt igit̃ in alijs transmutationib⁹ q̄ illud qđ iā trāſmutatū eſt in mutatione trāſmutatiōis ē in illo ad qđ trāſmutat̃ que ad modū ap paret in hac trāſmutatione q̄ eſt ſecm contradictionē. licet hoc ſit manifeſtius in hac trāſmutatione. D. d. manifeſtū eſt igit̃ ꝛc̃. ideo manifeſtū eſt igit̃ q̄ illud qđ generatur ē ens in mutatione q̄ fuerit in ente. et ſeparatur a non ente. et ſimiliter illud qđ corrūpitur in mutatione eius q̄ corrūpitur eſt in non ente. et hoc intendebat q̄ dixit. et illud qđ corrūpitur nō eſt ens. D. d. iā igit̃ diximus vniuerſaliter in oī trāſmutatione. i. iā declarauim⁹ hoc licet ſit manifeſtius in trāſmutatione in ſubſtantia et cauſa in hoc ē q̄ nō hāt medium

¶ In quo autē primo mutatū eſt qđ mutatū eſt neceſſe eſt atomū eſſe. dico autē primū qđ non per alterū aliquid ipſius eſſe huiuſmodi ſit. ſit igit̃ diuiſibile qđ eſt. a. c. et diuidatur ſecm. b. ſigunde igitur in. a. b. mutatū eſt aut iterū in. b. c. non vtrūq; i p̄mo qđ eſt a. c. qđ mutatū eſt erit. ſi autē tranſmutatur in vtrūq;. neceſſe eſt cui i vt q̄ trāſmutatū ē ā nūc ſumptum + vtrūq; in toto metiſumbitur ſed erat mutatū. cui autē ratio autē eſt et ſi in hoc quidē mutatur in hoc autē mutatū eſt. erit cui aliquid p̄mo prius quare non erit vtrūq; diuiſibile in quo mutatū eſt

¶ Et illud in quo fuit trāſmutatū in primo tranſmutatiōis neceſſe eſt vt ſit indiuiſibile. et intelligo per primū illud qđ ē tale nō ꝓpter hoc q̄ aliud eſt tale. ſit ergo. a. c. diuiſibile. et diuidatur in. b. ſi igitur trāſmutatur in. a. b. et in. b. c. tunc in primum tranſmutatiōis non erit in. a. c. cui i vt q̄ aut tranſmutatū eſt. aut ad hoc trāſmutatur vnde neceſſe eſt vt in toto eius trāſmutetur. ſed iā tranſmutatū eſt + iſta cadē ratio ſequit̃ ſi aliquid pro pte tranſmutetur. et pro parte tranſmutatū eſt. q̄m ſequit̃ vt ſit prius primo vnde neceſſe eſt vt idē in quo eſt res ſit diuiſibile

est m primo aspectu a deceptione .D.d. pri
mū vero ꝛc̄ .i. indiuisibile vero qd' dicitur de
fine trāsmutationis et fine eius m quo est
trāsmutatio est existens m actu et pōt de
monstrari et qū narrant hoc dedit causā
et dicat qm̄ possibile est vt pficiatur: ꝛc̄. i.
et hoc est ita quia trāsmutatū pōt perfici
m sua trāsmutatione. et perfectio trāsmu
tationis est res existēs m actu sicut alie per
fectiones et demonstrata magis q̄ m vno
instanti et hoc manifestū ē m ōni trāsmu
tatione. qm̄ pfectio m vbi est supremus et ī
qualitate est albū et m grū et m q̄titate ē
q̄titas terminata. ista igitur manet sūt m
actu. ideo finis m eis que est indiuisibilis ⁊
est vltimū trāsmutationis est eius m actu
primapiū vero trāsmutationis quia non ē
primapiū alicuius p̄manentis sicut est dis
positio m puncto linee. et illud qd' est ei m
actu est ipa trāsmutatio. et m trāsmutatio
ne non est mutuū naturaliter. necesse est vt
tud primapiū non sit eius neq; existēs qū igr
possunt q̄ possibile est vt perficiatur trāsmu
tatio trāsmutatoīs. et q̄ ista pfectio est m
actu et q̄ habet finē tunc necesse vt finis ei⁹
sit m actu sicut est finis linee et fines super
ficiei. et causa m hoc est quia motus et tēp⁹
nō hūt situ. et linea habet situ. declaratū est
q̄ est indiuisibilis. ergo finis motus indiui
sibilis est m actu Deinde reuersus ē ad prin
apiū motus de quo declaratū est q̄ si fuerit
ens non erit indiuisibile. et declarant ipm
ē non ens nisi m potēcia. s. secdm q̄ mstās
ē m tēpore et dixit primū vero ꝛc̄. i. primapiū
vero trāsmutatoīs de quo diximus q̄ si fue
rit ens qd' non erit diuisibile non est necesse
vt sit ens ōnino. quia est indiuisibile m sua
natura. s. primapiū secdm q̄ ē primapiū. D.
d qū trāsmutatio nō habebit primapiū ꝛc̄. i.
qm̄ trāsmutatio non habebit primapiū q̄ est
trāsmutatio. nā primapiū indiuisibile ē. et
trāsmutatio est diuisibilis neq; cadit m hoc
tēpore qd' est indiuisibile cadit trāsmutatio
qū trāsmutatio est diuisibilis et non cad⁹
nisi m tēpore diuisibili vt declaratū est ī mu
to istius tractatus. et hoc intendebat qū
dixit. sit igitur primū ꝛc̄. i. sit igitur primū
eius m quo est trāsmutatio v. g. primū spa
cij. a. c. D.d. istd' p̄mū vg ꝛc̄. i. sed igit vt p̄
mū spacij ī quo ē motꝰ ī actu ñ sit indiui
sibile sed diuisibile necessario. et qū narra
unt qd' istud primū debet ēe diuisibile ex con
trario primo qd' est primapiū eius m quo ē
motio moti m mito eius qd' mouetur. et ē
primapiū motus. dedit ipossibilia consequē
tia si ponatur indiuisibile et dixit. sequitur
si fuerit indiuisibile ꝛc̄. i. qm̄ si primū eius
m quo demonstratur motus fuerit indiui
sibile. ita q̄ sit pars motus contingit motū
mutuum m spatio indiuisibili et tēpore indi
uisibili. s. instanti. et sic tēpus et motus e-
runt composita ex indiuisibilibus qd' est
ipossibile. D.d. et ea si m tēpore. c. a. ꝛc̄. i. et
si pars tēporis m qua ē vltimū quietis fue
rit pars m qua est vltimū motus sedm q̄
est aliqd' indiuisibile qū instans non sequit
instans neq; inter finē quietis et mutuū mo
tus est tēpus manifestū est q̄ si m hac par
tē tēporis indiuisibilis fuerit possibilis mo
ri possibilis erit quies. et sic res erit mota et q̄
escens m eodē. quia finis est quietis et mu
tuū motus. ponatur igitur. s. motū mo
m toto tēpore. a. c. et ponatur ea ipm q̄
escere m fine istius tēporis. s. c. moueatur ig
ea m mito eius. qd' est. a. ergo necesse est.
si ille finis et mutuū qd' est indiuisibile pos
set m eo fieri motus et quies. vt illud qd' mo
uetur m eo sit quescens et motū instanti.
mutuum m. a. c. qd' est indiuisibile erit quescens
sedm q̄ est finis quietis et erit m a. motū
sedm q̄ est mutuū motus. et sic m eadē re erit
quescens et motū instanti.

¶ Quoniā autē non est impartibile ne
cesse est diuisibile esse et in quolibet hui⁹
modi mutatū esse diuiso enī ipo. a. d. sig
dē in neutro mutatū est neq; in toto. si aūt
in ambobus mutatur et in ōni. si vero ī
altero tantum mutatum est non in to
to primo. quare necesse in quolibet muta
tū esse. manifestū igitur est q̄ non est in q
primo mutatū est. infinite enī diuisiones
sunt

¶ Si igitur. a. c. non est indiuisibile ne
cesse ē vt sit diuisibile et in quolibet istoꝝ
acquiatur transmutabitur in eo qū. a.
c. diuidetur si igitur non transmutetur
neq; in altera duarū partiū. ergo neq; ī
toto transmutabitur. et si in eis semper
transmutatur ista erit dispositio eius in
toto. et si trāsmutatur in altero nō erit p

usibili. et non intēdit q hoc appāret ex pdicta dēōstratione. nā generatio et corruptio non sunt dmūsibiles ita q habeāt pūm et fnē. sed forte trāsmittit nos ad hoc qd dictū est prius q generatio et corruptio sunt fines trāsmutationis. et declarātū ē hic q finis trāsmutationis est indmūsibilis. et intelligo per trāsmutationē illud cuius finis est generatio et corruptio. s. transmutationē alterationis. et generatio est finis alterationis. et non est trāsmutatio secūs trāsmutationē. quia non dmūditur in magis et minus. quia non intelligit homo cē magis q̄ homo. neq; equus est magis q̄ equus. sicut intelligitur albedo magis q̄ albedo. et ideo generatio et corruptio non sunt motus neq; existūt per se. sed sequūtur motū. et ideo forte intendit per indmūsibile in generatione et corruptione formā. D. et hoc qd dixim⁹ ꝛc. 1. et dicit hoc q̄ non est locutus nisi in principio trī. qm̄ demonstratio super ea cadē est. et forte hoc nomē primū in idiomate eorū significat pūm principiū et fnē

¶ Secundū quidē igitur finē mutationis qd primū dicitur existit et est. contingit ei pficī in mutationē. et est mutationis finis qd ostensū est indmūsibile esse. preter id qd finis est. qd autē sed in principiū omnino non est. non enī principiū est mutationis neq; in quo primo quis mutabitur. sit enī primū in quo sunt. a. d. hoc igitur indmūsibile non est amittere enī habitū esse in nunc. amplius si in. c. a. tempore omnino quietat ponatur enī quietus et in. a. q̄etat. quārē si īpartibile est. a. d. simul q̄etant et mutatī est in. a. qd enī quietat in. d. autē mutatū est

¶ primū vero qd dicitur pp complementū trāsmutationis est existens per se. q̄ nā possibile est vt perficiatur transmutatio et vltimū trānsmutationis est illud qd iā declarauim⁹ esse indmūsibile quia est finis. primū vero qd dicitur propriū principio non est ens omnino qm̄ trānsmutatio non habebit principiū neq; erit ex primo tēpore aliquid in quo transmutetur res a. c. istud igitur primū sit igitur primū non est indmūsibile. qm̄ sequitur in oī indmūsibili vt in stantia sunt sicut. et enī si in tēpore toto. c. a. fuerit quietus. ponimus ipsū esse quietus in. a. tuā sequit igitur si. a. c. fuerit quietus et indmūsibile vt sit quietus. et iam transmutatū in simul. qm̄ in. a. erit quietus. et in. c. d. erit iā transmutatū.

¶ Qm̄ declarauit q in principio eius q trāsmutatur separatur ab eo in quo trāsmutatur venit in illud in quo primo trāsmutatur. et q medium et finis transmutationis sit indmūsibilia vult declarare q in medio transmutationis non est in actu sed in potentia et similiter medium eius in quo est trāsmutatio non est in actu sed in potentia. finis aūt trāsmutationis in actu est et demonstrato et similiter finis eius in quo est trāsmutō qm̄ si est necesse vt trāsmutatū in mutio tīs mutationis sit in illo in quod trāsmutat et nō trāsmutatur nisi in indmūsibili. et īmedium eius in quo trāsmutatur est indmūsibile. sequitur vt non trāsmutetur in ūltio trāsmutationis. et qm̄ in trāsmutato nō īmanetur trāsmutatio nisi sit iā trāsmutatū. manifestū est q trāsmutatio non habz principiū nisi trāsmutatio eēt cōposita ex indmūsibili et tēpus similiter. ergo istud principiū necessario est in potēcia. et est illud de quo declaratū est in sermone pdicto ipm̄ cē indmūsibile et expositores dubitabāt in hoc quia existimant q ish duo sermones sunt contradictorij. s. dicens q est indmūsibile. et dicēs q non est ens. et non sunt cōtradictorij nisi cēt declaratū q non est ens omnino. sed non fuit declaratū nisi q est nō ens in actu. et hoc ignorāt ōnes expositores in hoc loco. ideo inuenim⁹ Alex trāstulisse declarationē ad tēpus. s. hoc q declarauit q medium trāsmutationis est indmūsibile. D. d. ipm̄ cē non ens et forte intendit per hoc qd declarauit ipm̄ cē indmūsibile ipm̄ cē non ens in actu. et quasi dicat. si istud principiū fuerit ens in actu necesse est vt sit indmūsibile. Deinde declarauit q si fuerit indmūsibile. necesse est vt non sit ens. et si ponatur cē amittere impossibile. et iste modus declarationis est modus verus. expositores autē nō fuerūt differētes inter sermonē de principio et fine in hac intentione. et dixerūt q modo motus habebit finē et non habebit principiū et hoc qd existimauerūt de hoc

posummus primū eius qđ trāſmutatur. tūc
in medietate iſtius tēpus erit illud qđ trans
mutatur de illa parte minus. qm illud qđ
trāſmutatur in minori tēpore eſt minus. ſ.
in equali velocitate et erit trāſmutatio que
eſt in medietate iſtius ante trāſmutationē
que eſt in toto illo tēpore cui poſita eſt pri
ma. et ſic erit prima. et quia tēpus dividi
tur in medietates in infinitū neceſſe eſt vt
dividatur in minus. et minus in minori
ſēm diviſionē tēpus in infinitū. et ſimi
liter in prius. et in prius prius. et ſic in in
finitū. et qū declarauit q trāſmutatiū nō
habet primū. dicat. neceſſe eſt igitur ꝛc. i. ſi
mit eſt neceſſe in ipa trāſmutatione et ī eo
in quo eſt trāſmutatio

Qđ igitur neq; in eo qđ mutatur neq;
in quo mutatur tēpore nichil prius ſit ma
nifeſtū eſt ex his que prius dicta ſunt ipz
autē qđ mutatur. aut ſēm q mutatur
non erā ſimiliter ſe habebit ita nāq; ſi
que dicūtur ſēm mutationē qđ mutat
et in quo. in quod mutatur vt homo. tē
pus. et albū. homo quidē igitur. et tēpus
diviſibilia ſunt. de albo autē alia ratio ē
ppter id qđ ſēm accidens ōnia diviſibi
lia ſunt an cui accidit albū aut quale
illud diviſibile ē qm quecūq; dividuntur
ſēm ſe ipa diviſibilia. et non ſēm ac
cidens neq; in his erit primū ut in mā gni
tudinibus. ſit enī in quo eſt. a. b. mā gni
tudo motus autē ſit ex. b. in. c. primū igi
tur ſi quidē indiviſibile eſt. b. c. impartibi
bile impartibili erit coniunctū. ſi vō di
viſibile erit aliqđ ipi. c. prius in quo mu
tatū eſt et illo item aliud. et ſic ſemp ppter
id qđ nullo modo deſinat diviſio in b. ſi p
mo motū ſit. a. b. in. c. quare non eſt pri
mū in qđ mutatū eſt. ſimiliter autē eſt
et in quantitatis mutatione. et her enī
in continuo eſt. manifeſtū igitur eſt q ī
ſola mutatione que eſt ſēm qualitatē
contingit indiviſibile per ſe eſſe

Manifeſtū eſt igitur ex dictis q neq;
ex trāſmutato. neq; ex tēpore in quo eſt
trāſmutatio eſt aliquid ōnino qđ ſit
primū. et illud ipm in quo eſt trāſmu
tatio non habet talē diſpoſitionē ſuā enī
tia que ſufficiūt in trāſmutatione. ſ.
trāſmutatū. et illud in quo eſt trāſmuta
tio et ad quod. v. g. homo et tēpus et albū
homo vero. et tempus ſunt diviſibilia. ſer
mo autē de albo eſt alius a ſermone de iſtis
ſed ōnia ſunt diviſibilia per accidēs. illud
enī cui accidit albū eſt quale et diviſibile
in illis autē ōnibus que dicūtur dividi p
ſe non per accidens non eſt tā primū. v.
g. in magnitudinibus. ſit igitur. a. b. c
magnitudo et moueatur. d. a. ad. h. b. p
mo motu. ſi igitur. a. b. ſint indiviſibile
tunc īpartibile ſequitur impartibile. et ſi
fuerit diviſibile tunc erit aliquid ante. b.
in quod tendit trāſmutatio. et ante. h. a
liud. et ſic ſemper. qū tendet a divſione
aliquo modo non eſt hoc primū cui ī qđ
cidit trāſmutatio. et ſimiliter eſt de tri
ſmutatione quantitatis. qū iſta trāſ
mutatio tā eſt in continuo. ergo mani
feſtū eſt q in motu in qualitate ſola mi
alios motus pōt eē indivſibile per ſe

Dicat manifeſtū eſt igitur ex predic
tis q nō eſt aliquod primū. ſ. indivſibile
trāſmutatione neq; ex tēpore in quo fit trāſ
mutatio ſēm q eſt trāſmutatio et ſēm q
tēpus neq; per ſe neq; per accidens. D. d. et
illud ipm ꝛc. et intendit illud in quo eſt pri
mus trāſmutationis et dixit hoc. qū tran
ſmutabilū ſunt quedā in quibus inue
nitur primū per accidens. ſ. que ſūt in qua
litate in eis autē que ſunt in vbi. et ſito non
inuenitur primū ōnino neq; per ſe neq; p
accidens. et qū nanciſcit q diſpoſitio in eo
quo eſt trāſmutatio in hoc non eſt ſicut di
poſitio in trāſmutato et tēpore. incepit expo
nere hoc. et dixit. ſunt enī tria ꝛc. i. ſunt enī
tria in trāſmutatione. et ſūt illa de quibus
diximus non habere primū. D. d. ſ. trāſmu
tatū ꝛc. et intendit per illud in quo eſt trāſ
mutatio tēpus. et per illud ad qđ eſt trāſ
mutatio genus motus. v. g. homo qui
albeſcat. qm ſunt in eo tria. homo. et tēpus
et color albus. et dixit motū qui eſt in qua
litate notificādo q in iſto inuenitur primū
per accidens. ſ. in eo ad qđ eſt motus. nō in
moto neq; in tēpore. et hoc intendebat quā
dixit homo vero ꝛc. i. homo vero qđ ē trāſ
mutatū in hoc motu. et tēpus in quo ē mo
tus non habet primū ōnino neq; per ſe ne
q; per accidens quia ſunt divſibilia per ſe
albū vero. et ſimiliter de rebus ad quas

mũ eius in quo trãsmutatur totũ. ergo
necesse est vt trãsmutetur in quocũq; eũ
ampliatur. ergo manifestũ est q̃ non est
primũ eius in quo trãsmutatur. quo
mũ diuisio eius est infinita

Dicat. sit igitur. a. c. in quo possim⁹ pri
mũ trãsmutationis existens in actu nõ fu
erit diuisibile necesse est vt semper diuidat⁹
indiuisibile et vt in qualibet parte ponat⁹
trãsmutum in actu. necesse est vt prius tã
smutetur. s. q̃ ante hanc trãsmutationẽ
positã sit trãsmutatio. qm̃ magnitudo in
qua posita est trãsmutatio est diuisibilis
necessario. et hoc intẽdebat qũ dixit qũ di
uidatur. a. c. et qũ negauit q̃ qũ trãsmu
tatur in hac magnitudine necesse est vt sit
trãsmutatũ in partibus incepit declarare
hoc et dixit. et si non trãsmutatur ꝛc. i. t. q.
ponemus q̃ primũ eo⁹ in quo demõstrat⁹
trãsmutatũ. et eius in quo est trãsmutatõ
est diuisibile. Vñ. g. a. c. diuidatur in. b. si ig⁹
non trãsmutatur in altera parte. scilicet i
a. b. b. c. ergo neq; in tota magnitudine. a.
c. qd̃ est contra positũ. et si trãsmutatur i
eis semper. tunc dispositio eo⁹ in toto erit ta
lis. sed positũ est q̃ ista trãsmutatio est pri
mi trãsmutationis et hoc est impossibile
le. et si trãsmutatur in altera et non in ea
liqua. tunc totũ non erit primi eius
in quo trãsmutatur. sed positũ est primũ
et hoc est inconueniẽs. et hoc intendebat
qũ dixit. et si trãsmutatur in altera ꝛc. et
qũ sit impossibile vt in vtraq; sit quies
aut in eis semper trãsmutetur. et in alia nõ
trãsmutatur sequitur ex hoc vt in vtraq;
sit iã trãsmutatũ. et dixit. ergo necesse est
ꝛc. i. quoq; pars ampliatur ex illo primo.
necesse ẽ vt trãsmutatũ in eo sit iam trãs
mutatũ. ergo trãsmutatio erit inter trans
mutationẽ. et inter hanc alia sicut est di
positio in diuisione magnitudinis in ĩ
nitũ. et hoc intendebat qũ dixit. ergo ma
nifestũ est ꝛc. i. ergo manifestũ est q̃ in eo
non est primi eius qd̃ trãsmutatur
quia diuisio est in infinitũ

Nec; itaq; in eo q̃ mutatũ est aliq̃d
prius est qd̃ mutatũ est. sit. n. d. z. qd̃ p̃
mo mutatũ est ipius. d. e. õne cui diuisi
bile esse demonstratũ est qd̃ mutatur. tẽ
pus autẽ in quo. d. z. mutatũ est. sit in
quo est. t. i. si ergo in õi. d. z. mutatũ est
in medio minus est qd̃ mutatũ est. et p̃i⁹
est ipõ. d. z. et itẽ hoc aliud. et illo alterũ
et sic semper quare nichil est primũ muta
tus qd̃ mutatũ est

Nec; ex illo qd̃ trãsmutatur est aliq̃d
qd̃ primi eius qd̃ trãsmutatur. sit ergo
d. z. primi eius qd̃ trãsmutatur ex. d. h.
qũ iam declaratum⁹ q̃ õne trãsmutatũ
est diuisibile. et tẽpus sit. b. c. si igitur. d.
z. trãsmutatur in hoc toto tẽpore. ergo i
sua medietate erit illud qd̃ trãsmuta
batur prius et ante istud aliud minus
prius et ante illud aliud minus prius
et sic semper. vnde necesse est vt in trãsmu
tato non sit aliquid õnino qd̃ sit primi
eius qd̃ trãsmutatur

Vult declarare eiã q̃ trãsmutatio non
est aliqua pars que sit primi eius qd̃ trãs
mutatur. i. q̃ ante ipam non est alia pars
que dicatur trãsmutari. qm̃ ante trãsmu
tatũ debet habere partẽ manifestũ est ex pre
dictis. nã õne transmutabile est diuisibile
qm̃ vero in ista diuisione non mutentur ps
prima. manifestũ est ex hoc qd̃ est declara
tũ q̃ trãsmutatio et tẽpus et trãsmutatio õ
nia sunt de natura continui. et q̃ cõtinuũ
semper diuiditur in diuisibile. et quia diui
sibilitas motus est manifestior ex diuisibi
litate eius in quo mouetur incepit declarare
q̃ si cẽt hoc primũ trãsmutatũ. tunc esset p̃
numerus finitus pōt mensurari a sua p
te. sive magnitudo aut numerus cōponā
tur ex equalib⁹ aut inequalib⁹ et sic syllogis
mus componitur ī secūda figura tali modo tē
pus ī quo motū pertūsit hoc spaciū pōt ī
mensurari a sua parte qū sit cōpositū ex partib⁹
finitis licet non equalib⁹ et tēpus infinitū
non pōt mensurari ex sua parte. ergo tēp⁹
ī quo motū inequalis velocitat ptūsit spa
ciū finitū non est infinitū. et hoc est intē
ditus. ipe autē videtur quasi non ordinare
istū syllogismū hoc modo. sed posuit p⁹ has
duas ꝓpositiones q longitudo ī quo trans
mutatur transmutatū mēsuratur a sua pte
et h intendebat qū dixit. et longitudo finita
mēsuratur ab aliqua mēsura. vt. a. b. Dei
de dixit. ergo ī tēpore finito ꝛc. 1. qm qū ista
trāsmutatio mēsuratur a sua parte. et simi
liter tēpus ī quo est motus p mēsurā magi
tudinis ex rebus finitis. tempus igitur ī
quo trāsmutatio fit mēsuratur a sua pte
et sicund mēsuratur a sua parte est finitū
ergo hoc tēpus ē finitū. D. d. et similiter de gr
natione. s. qm impossibile est aliquid gene
ri generationē finitā ī tēpore infinito. ge
neratio. n. est trāsmutatio ī magnitudine
et ideo potentia istius declarationis est vis
declarationis que cōmunis est modis oīz
trāsmutationū. s. quatuor sūt em corpora et
ī libro ioānis loco huius dictionis generā
tio ponebatur hec dictio quies. et si h fieret
tunc intēdo erit q ita est de quiete ī hoc sic
de motu. qm qū quies sit ꝓpria motus q ī
natus est existere ī quiescēte. et motus finitus
ipossibile est vt sit ī tēpore infinito. ergo et
quies finita ipossibile est vt sit ī tēpore infi
nito dixit iohannes. et quidā intelligūt h p
quiescētur ad quiescē. et dixerūt hoc. nā quies
non determinatur nisi per tēpus. D. d. ex q̄
sequitur q impossibile est ꝛc. 1. qm generatio
et corruptio qua finite videntur et trāsmu
tatio finita est ī tēpore finito. ergo nichil
generatur semper aut corrūpitur semp á ī
tendit q qū fuerat positū aliquid trāsmu
tari trāsmutatiōē finita ī tēpore infinito tē
illud generabitur et corrūpetur ī instanti sp
qū neutra trāsmutatio habeat tēpus pro
prium. et qū fuerit declaratū ipossibile ee trā
smutationē finitā ee ī tēpore infinito. sequi
tur vt nullū idē generetur et corrumpatur ī
stanti semper et non intendit q hoc ee ipos
sibile declaratur per hoc q ꝓmū est impos
sibile nam hoc ee impossibile est manifesto
q illud ee ipossibile qd̄ acceptū est ī declā
tione istius sed manifestū ipm hoc modo mu
tando aliud impossibile contingens huic et ē
generabile et corruptibile semp generari et
corrūpi instanti. et. q. d. et qū hec positio fue
rit verificata auferetur ipossibile contingens
contradictorie eius ex quo apparet cōfirma
tio istius sermonis. sicut apparet destructio
sive contradictorie

¶ Et dē autē intio et q neq; infinito tpe
infinitū possibile est moveri neq; quiescere
re. neq; in qd̄ irregulariter movetur. nec qd̄
irregulariter acceptū aliq̄ quadā parte que
movetur nisi tota tēpus in hac aliqd
tū transibit magnitudinis et non totā.
in oī aliq̄ totā. et iterū inequali aliā et in
vnoquoq; similiter sive equalis est sive ī
qualis ei que est a principio differt autem
nichil si sol' sit finita aliqua vnaquaq; ma

totū finitū alio modo ab eo quo magnitu
tur q̄ motū finitū ptrāsit spaciū finitū. si
igitur hoc fuerit impossibile illud erit ipos
sibile. s. sēm q̄ imaginatur ipm pertrāsire
illud aut su aut mensuratione. et manifestū
disiunctiuū. aut q̄m motū finitū q̄ pertrā
fuerit spaciū infinitū pertrāsibit illud aut
su. et q̄ motū infinitū pertrāsuerit spaciū
finitū pertrāsibit illud mensuratione non
aut su. et non est dīa inter istos duos per
trāsitus in hoc q̄ impossibile sequatur

¶ Et vero neq; infinitū in finito tēpore trā
sibit infinitū. si enī infinitū et finitū. i. est
u. in īfinito finitū. simplr aut et tēpore
accepto eadē est demonstratio

¶ Neq; infinitū pertrāsit in tēpore fini
to infinitū. q̄m si pertransiit infinitū p
transiunt enim finitū. q̄m infinito est fi
nitū. et q̄ ea consideratū fuerit de hoc
sēm tēpus. similiter pueniet ex demon
stratione

¶ Hec est quinta declaratio. q̄ de illo q̄d
remanet ex diuisione. s. vt motū infinitū
moueatur tēpore finito. q̄m illud q̄d est ta
le aut mouetur per spaciū infinitū aut fi
nitū. s. vt moueatur infinitū per infinitū
in tēpore finito. et dicat. q̄m si pertrānsierit
finitū pertrāsibit ea finitū. i. q̄m q̄ po
tū sit infinitū pertrānsit spaciū finitū in tē
pore infinito. necesse est vt finitū pertrānseat
spaciū infinitū in tēpore finito. q̄d est impos
sibile vt declaratū est. D. d. q̄m infinito ē fi
nitū. i. et necesse est q̄ infinitū pertrānsierit
infinitū in tēpore finito vt finitū pertrānseat
infinitū. q̄m in infinito pertrānsito est pars
finita necessario que pertrānsit spaciū infi
nitū in tēpore finito. D. d. et q̄ consideratū
fuerit sēm tēpus ꝛc. i. poterit ea demō
stratio. ex qua declaratū est q̄ impossibile ē
infinitū mouere tēpore finito. et illa demon
stratio est per diuisionē tēporis. q̄m per diui
sionē tēporis diuiditur spaciū sequitur tēp⁹
fuerit finitū et spaciū erit finitū. sed positū
est ipm ē infinitū. q̄ est impossibile

¶ Q̄m aut neq; finitū infinitū transit
neq; infinitū finitū. nec infinitū in finito
tpe mouetur. manifestū est q̄ neq; motꝰ
est infinitus in finito tēpore. quod enī dif
fert motū aut magnitudinē infinitū fa
cere. necesse. n. liquidē infinitū alterā et

alterū esse. ōnis enī loci mutatio i loco est

¶ Et q̄m sit impossibile finitū mouere per
infinitū. aut infinitū per finitū in tēpore fi
nito. manifestū est q̄ motus infinitus nō
erit in tēpore finito. non. n. est differentia
inter hoc q̄ motus sit finitus aut magni
tudo. nam necesse est si alterū fuerit infinitū
vt reliquū sit infinitū q̄m oīs trāslatō ē i lo

¶ Q̄m declarauimus q̄ impossibile est ab
quod finitū moueat p spaciū infinitū in tēpore
finito. aut aliq̄d infinitū in tēpore finito si
ue spaciū fuerit finitū aut non fuerit. decla
ratur impossibile ee vt motus infinitus sit
in tēpore finito. q̄m h aut erit per spaciū aut
per ire motū. si aut per spaciū. tunc aliq̄d in
finitū mouebitur per spaciū infinitū in tem
pore finito. si vero infinitus in motu fuerit
per ire motū. tunc aliq̄d infinitū mouebit in
tēpore finito. aut per magnitudinē finitā
aut infinitā. sed hec destructa sunt. ergo de
structū est aliquē motū infinitū ee in tēpore
finito. et hoc intendebat declarare supra
et ipe vtetur hoc tāq̄ fundamentū in sequē
mo et dicat. et q̄m sit impossibile ꝛc. i. et quo
sit declaratū. q̄m impossibile est motū fini
tū pertrānsire spaciū infinitū in tēpore fini
to. aut motū infinitū spaciū finitū vel infi
nitū in tēpore finito. manifestū est ex hoc q̄
nā impossibile est vt motus infinitus sit
in tēpore finito. deinde declarant consequē
onē et dicat. non enī est differentia ꝛc. i. q̄m
q̄m sit impossibile vt motū finitū moueat
per spaciū infinitū in tēpore finito aut motū
infinitū in tēpore finito manifestū est. q̄m
impossibile est vt motus infinitus sit in tēpo
re finito. q̄m si fuerit infinitus aut erit per
magnitudinē infinitā aut motū infinitū
sed hec duo sunt impossibilia. ergo impossibi
le erit vt motus infinitus sit in tēpore fini
to. D. d. non. n. est dīa ꝛc. i. q̄m non sit dīa
sue ponatur q̄ motus infinitus est in tpe
finito. aut q̄ magnitudo infinita move
tur in tēpore finito. D. d. q̄m necesse est ꝛc. i.
q̄m necesse est si motus fuerit infinitus vt
magnitudo sit infinita aut illa p quā ē
motus aut illa que movetur. et similiter
si alterū istorū fuerit infinitū. motus erit
infinitus. D. d. oīs enī trāslatio est in loco
i. et ista ea consecutio ē in motu locali. s.
q̄m q̄ fuerit positū q̄ motus in loco est

s. qñ in parte tẽporis pertransiit finitũ et in vnaquaq; parte similiter. ergo in toto ptẽ sibit finitum

¶ Qñ declarauit q impossibile est aliqd' finitũ ptẽrãsire spacia finitã in tẽpore infinito nec ẽ aliqd' infinitũ in tẽpore finito. dixit q et hoc p; conuersionẽ p:me cẽ impossibile qd' est aliqd' finitũ pertransire magnitudinẽ infinitã in tpe infinito. nam qñ tẽpus diuidetur in partes equales. finitã spacia similiter secdm illũ numerũ huic motus fient equalis aut inequalis. ex quo sequitur spacia cẽ finitũ. D. d. pillã candẽ causã. i. et hoc manifestũ est ex illa eadẽ ꝓpositione. qua vt sumus in p:dictis declarationib⁹ s. dicẽte q in parte tẽporis mouebitur q parte spacij finitã. ipossibile cẽ est totũ et parte ptransiri in eodẽ tẽpore. D. d. et similiter in vnaquaq; partiũ. i. paruũ temporis equaliũ p:me. D. d. ergo et in toto ꝛc. i. ergo necesse est vt motũ ptranseat in toto tẽpore finito spacia finitã.

¶ Qñ aute finitũ non transibit infinitũ finito tẽpore manifestũ est. sic neq; infinitũ finitã. sinilr; infinitũ finitũ. necesse ẽ et finitũ infinitũ transire. nichil ei differt q dicat esse qd' mouetur. vbiobiq; ergo finitũ pertransibit infinitũ. qñ ergo mouentur infinita in quo est a. erit aliquid ipius secundũ. b. finitũ vt. c. d. et iterũ aliud et aliud et semper sic. quare similiter accidit in finitũ motũ esse per finitũ. et finitũ transire infinitũ. neq; enim fortassis possibile est aliter infinitũ mutare finitũ q̃ q finitũ tãgat infinitũ. aut ita q̃ tangatur aut mentiatur. quare qñ hoc impossibile est nõ tñ sibit infinitũ finitum.

¶ Et qñ finitũ non pertransierat infinitũ in tẽpore finito. manifestũ est per se q̃ neq; etiam infinitũ pertransiit finitũ. si enim infinitũ pertransiit finitũ. necesse est finitũ pertransiri infinitũ. qñ qñ mouetur ifinitũ. s. a. b. tunc quidã eius erit in. a. b. finito. v. g. c. d. aut erit eã aliud ex eo p⁹ aliquid et sic semper. ex quo sequitur vt infinitũ mouentur per finitũ. et finitũ ptransierat infinitũ. qñ videtur michi q impossibile est infinitũ moueri per finitũ alio modo nisi vt finitũ pertransierat ifinitũ aut tactu aut mẽsuratione. et qñ sit hoc ipossibile est ipossibile infinitũ p transire finitum.

¶ Hoc est quartũ quesitũ et est q motũ in finitũ non põt pertransire spacia finitã sicut declarauit est qñ impossibile est mouere tempore finito. et dixit et qñ finitũ ꝛc. et modus continuationis in eo est. qñ enim declarauit est finitũ non pertransire spacia infinitã in tẽpore finito declarauit est ipm non ptransire infinitũ omino nisi ptransierit pertransibit in tẽpore qd' iam defuit. et qd' est tale est finitũ. et qñ declarauit sit q finitũ non ptransit omino spacia infinitã manifestũ ẽ q motũ infinitũ non ptransibit spacia finitã. deinde addit mentionẽ super hunc continuationem et dixit. qñ si infinitũ ptransiret finitũ ꝛc. a. et declarauit est ipm non ptransire illud. qñ si finitũ pertransibit infinitũ pertransibit illud in tẽpore finito sed declarauit est ipm non pertransire illud in tẽpore finito. ergo omino non pertransibit illud. deinde inducit exẽplificationẽ qua certificatur h. et dixit qñ enim qñ infinitũ. s. a. b. moueatur ꝛc. i. et ista consecutio est vera qua qñ posuimus q infinitũ pertransiret spacia finitã. s. a. b. tunc quidã infiniti erit in h spacio qd' est. a. b. et erit h quidã equale huic spacio. sit igitur h quidã. c. d. et qñ ponit q necesse ẽ vt pars finita moti infiniti sit in spacio finito p qd' mouetur. et vt illa pars sit equalis spacio finito et dixit. et erit eã aliud ꝛc. i. et necesse est qñ istud motũ infinitũ transsumitur. vt alia pars eius eam sit equalis spacio p qd' mouetur alia a p:ma parte. et p sẽdm eã tertia pars et sic semper. D. d. ex quo sequitur ꝛc. i. qñ q; spacia superponantur ita mote. et minus mensurant maius. necesse est qñ motũ fuerit maioꝝ spacio vt mensuretur motu. et qñ motũ fuerit maius spacio necesse est vt motũ mensuret spacia. et non erit dubia inter h q infinitũ ptransiat spacia finitã. et inter h q finitũ pertransiat spacia infinitã. qd' est impossibile. s. qñ in moto infinito necesse est mensurari p spacia finitã. et in moto finito mensurari spacia infinitã. qñ nulla dubia est in hoc q̃ mensurent spacia. sed mensurãs in moto finito per spacia infinitã est motũ et mensurãs motũ infinitũ per spacia infinitã ẽ questans. deinde confirmauit hoc et dixit qñ michi videtur ꝛc. i. qñ ipossibile ẽ magnum q motũ infinitũ pertransiat secdm

aut aute qd' mouetur non est in quo pmo
mouetur sic vtiq; neq; in quo stat qd' stat
¶ Cpmū tēpus in quo cessans cessat
ncesse est in quo libet eius esset. nam si illd'
tempus diuidatur in duo tunc si in neutrū
pte esset. ergo neq; in toto cessabit. ergo ces
sans non cessat. et si in altera parte cessat
ergo non totū est primū eius in quo ces
sat. qū cessabit in alio. et est illa pars.
vt dictū est de moto. quēadmodū ergo ī
moto non est aliqd' primū in quo mo
uetur. similiter neq; in cessante ē aliqd'
primū in quo cessat

¶ Qū declarauit q cessans cessat m tpe.
vult declarare etiā q non est primū tempo
m quo cessat. et videtur q cessans sit idē cū
moto oīmodo. sed non est verū. sed motū et
cessans sunt idē sdm subiectū. et duo sdm
modū. corpus. n. qū accipitur sdm qualī
tatē quiescentē dicitur quiescens. et qū ac
cipitur sdm q habet qualitatē trāsmutatā
dicitur motū. et qua trāsmutatū m qualī
tate vadit ad qualitatē īmobilē sdm hoc
dicitur motū. motū igitur est motū sdz q
trāsmutatur m alia qualitate. et trāsfert ī
ea ad finē. sdm q finis est cōplementū tā
tū illius motus. v. g. sdm q trāsmutat
de albedine m perfectā nigredinē. est aute
cessans. sdm q trāsfertur ad quietē. et ja
ques addit cōplemento ad qd' est motus
ideo cessatio addit moto. et ideo sūt vnū se
cundū subiectū. et duo sdm modū. aut dica
mus q est cessans sdm partē habitā + mo
tū sdm partē habendā. et dicat. tēpus igit
primū ꝛc. i. et necesse est vt cessans dicatur
cessare m qualibet parte tēporis qd' est eqle
cessanti. ōne enī tēp's est diuisibile. deinde m
cepit declarare hoc. et dicit tēpus. n. si diui
datur m duo ꝛc. i. et necesse est vt cessans ces
set m qualibet parte primi tēporis. si illud tē
pus diuidatur ī duo equalia. qū ōne tēpus
sit diuisibile. tunc cessans aut non cessabit
m aliqua parte. et sic non cessabit m toto
illo tēpore qd' est contra positū. aut cessabit
m altera tantū. et sic illud tēpus non erit
primū qū non dicitur cessare m eo ms q
cessat m aliqua parte eius. et h intendebat
qū dicit. non erit totū primū m quo cessat
.i. et sequitur hanc pōnem vt non sit illud
tēp's totū qd' est compositū ex duab's parti
bus primū m quo cessans cessat. D. d. cessa
bit eū m alio. et est illa pars. i. qū si posi
tū fuerit q cessans cessat m aliqua parte p
mi tēporis. tunc illud tēpus non erit primū
qū cessant m alio antequ cessant m illo tē
pore. et illud aliud est aliud ab illa parte p
dicta. et sic illud tēpus non erit primū. et in
tendit per hoc qd' dicit. et illa pars parte p
mi tēporis m quo positū fuerit cessans. D.
d. vt dictū est de moto. i. qū declaratio eadē
est m eis. nā qū posuerimus primū tēpus
m quo motū mouetur. et diuiserimus illd'
tēpus m duo. et processerimus hac via de
monstrationis. sequitur vt m hoc non m
neniatur primū equale. et ideo dicit quē
admodū igitur m moto ꝛc. i. quēadmodū
igitur m moto non mouetur ex tēpore ali
qd' primū m quo incepit moueri. similiter
neq; m cessante mouetur aliqd' primū ī
quo incepit cessare

¶ Non. n. in ipo moueri neq; stare aliqd
est primū. sit. n. in quo primū stat. m
quo est a. b. hoc quidē impartibile non
tingit esse. motus. n. non est in ipartibi
li ppter id qd' motū est aliquid ipius qd'
aute statur. demonstratū ē esse qd' mouē
tur. at vero si diuisibile est in qualibet p
sius partū statur. hoc. n. o stetisset est p
q in quo statur primo in quo libet ipo
statur. qū ergo tēpus est in quo primo
statur. et non atomū est. ōne aute tēpus
in infinita partibile. non erit in quo pri
mo statur

¶ Qū neq; ex motu ex cessante ē aliqd
primū. et demonstrato illius sit illud in
quo primo erit cessans. a. b. īpossibile est
igitur hoc esse indiuisibile. motus. n. nō
fit in indiuisibili. nam erit illud et iā ex
ipo mouetur. et declaratū est q cessans ē
motū. et si fuerit diuisibile erit cessās in
quacūq; parte eius nam hoc declaratū ē
qū qū fuerit aliqd in quo erit primo ces
sans. tūc erit ī quacūq; pte illius et ja
illud in quo erit primo cessans est tēp's
non īdiuisibile. omne. n. tēpus est diui
sibile in infinitū. ergo nichil est in quo p
mo erit cessatio

¶ Qū declarauit hoc sermone repetit decla
rationē per exēplū et dicit. qm non ex moto
neq; ex cessante ꝛc. i. qm neq; motū neq; ces

finitus necessario erit magnitudo infinita aut illa per quā est motus aut locus tm motū infinitū. similiter si alterū istorū fuerit finitū motus erit infinitus. sed qū motū fuerit infinitū. spacium erit infinitū. et nō oppositorum. vtrū autē si augmentū fuit infinitū. magnitudo erit infinita. similiter et si alteratio fuerit infinita. alterabile erit infinitū. cōsiderādū est. et non apparet sic in trāslatione. et ideo dicit post. omnis enī trāslatio est in loco. vnde opmandū q hoc nomē motū vtatur in hac declaratione. p pue. s. in loco. et in vltimo istius tractatus declarabitur simpliciter. qm impossibile ē q aliquis motus quatuor motuū. sit infinitus preter trāslationē circulārē.

¶ Qū autē omne aut mouetur aut quiescit qd aptū natū est. qū aptū est et quo. et sic necesse est ōne qd stat qū stat moueri. si. n. non mouetur quiescit sed non contingit quiescere quiescens

¶ Et quia omne aut mouetur aut quiescit. s. qd innatū est et quo. et sedm q necesse est vt cessans qū cessat moueatur. nam si ōmno non mouetur non quiescit et impossibile est vt quiescens sic tendat ad quietē

¶ Qū declarauit prius q neq; in motu. neq; in primo tēpore qd supponitur motui mouetur primū naturaliter. s. primus motus. aut primū tēpus. qū motus et tempus semp sint diuisibilia. dixit nunc declarare q ita est in ix ad quietē. et in qū quietē fiant in motu. s. qū non mouentur prima quiescentia naturaliter in ix quiescente. neq; primū tēpus qd est pars tēporis in quo quiescens quiescat. s. tēporis equalis quieti similiter neq; mouentur primū tēpus in quo motū vadit ad quietē qd dicitur cessatio. et merito declarat prius h in cessante. et dicit. et quia omne ꝛc. i. et quia ōne de quo verū dicitur ipm esse aut quiescēs aut motū est illud qd innatū est recipere motū et quietē et est in loco in quo innatū est recipere motū et quietē. et in dispositione sedm quā innatū est recipere motū et quietē. et dicit qd innatū est moueri. nā illud qd non est innatū moueri. V. gr. punctus non dicitur quiescere aut moueri. et dicit et quo. nā illud quo mouetur. mouetur in ix dumsibi

li. et qū fuerit in instanti non dicitur quiescere nisi moueri et dicit. et sedm q vt distinguatur inter illud qd mouetur in potentia et illud qd mouetur in actu. s. nē motū esse ī potentia aut in actu. si. n. fuerit in potentia erit mota in potentia. et erit īmota moueri in potentia. et si in actu in actu. vel dicat sic distinguēdo inter motū quo res mota īmota est moueri. et inter illud quo non est mota moueri et est euidentius. et qū posuit hoc quasi precedens dicit. ergo necesse ē vt cessans ꝛc. i. ergo necesse est in cessante qd inuenitur in eo qd mouetur. aut quiescat non in eo qd semper mouetur. vt qū dicitur cessare tunc dicatur moueri qū sit impossibile dicere tunc ipm quiescere. nā qū cessat intendit quietē. et impossibile ē vt illd qd intendit ad quietē sit quiescens

¶ Hoc autē demonstrato manifestū ē q in tēpore necesse est stare. qd enī mouetur in tempore mouetur qd stat autē ostensū est esse qd mouetur. quare necesse ē in tēpore stare

¶ Hoc quidē declarato manifestū est q cessans cessat in tēpore qū motū moueatur in tēpore. et sit declaratū q cessans ē motū. ergo necesse est ipm cessare ī tēpe

¶ Dicat quia ōne cessans est motū et ōne motū est in tēpore. ergo ōne cessans ē in tēpore. minor autē declarata est. qm cessās est illud qd innatū est moueri aut quiescēs non est sine altero. ergo ōne cessans aut est motū aut quiescēs. sed non est quiescens nā cessans intendit quietē et quicqd intendit aliquid non est in illo. ergo cessans non est quiescēs. ergo omne cessans est motū

¶ Amplius autē si velocitas et tarditas in tēpore diximus. stare enī est velocitas et tarditas

¶ Et nā non dicitur velocius et tardius nisi in tēpore. cessatio est velocior et tardior

¶ Dicat ōne cessans est aut velocitas aut tarditas. et omne velocius aut tardius ē in tēpore. ergo omne cessans est in tempore

¶ In quo autē tēpore primo qd stat et stantur in quolibet huiusmodi necesse est stare. diuisio enī tēporis siquidē in indiuisibilia primū stantur neq; in toto. quare nō vtiq; stat qd stantur si vero in altero non in primo toto statū est. sedm. n. vtiq; in hoc stantur sicut dictū est et in eo qd mouetur prius si

uum quescat. codē cū modo demonstrabit
quo et in prioribus. quare nullū primū
est hoc autē causa est quia quescat quodē
et movetur ōne in tēpore. tēpus autē nō
est primū neq; magnitudo. neq; ōino mul
lū continuū. ōne. ū. in infinita ptibile.

Et cū dicimus aliquid quescere qū
codē modo fuerat nūc et prius quasi non
consideramus ipm sedm vnū. sed saltē se
cundū duo. vnde necesse est vt illud i quo
est quies non sit indivisibile. si igitur fu
erit divisibile. necesse est ut sit tēpus. et vt
sit quescens in quacūq; parte eius. qm hꝫ
declarabitur per illud idem. per qd declara
tū fuit prius. ergo non est h primū. et cū
in hoc est. qm omne qd quiescat aut mo
vetur. quiescat aut movetur in tempore
et non est primū tempus neq; prima mag
nitudo. et vniversaliter non est primū q
tuumcū qm qd cūq; talū est divisibile in
infinitū.

Licet est sēda declaratio. qm ques nō ha
bet primū tēpus in quo quescēs quescat p
mo et dicat. et cū dicimus ꝛc. i. et cū ma
nifestū est q tunc dicimus aliquid quesce
re qū fuerit in codē statu. et in hoc instanti
et in alio instanti precedenti. et saltē in duo
bus instantibus. et causa in hoc est q mo
tū aut quescens non invenitur in actu m
si in eo q est in actu tēpus. s. in ipo tēpore ñ
in instanti. qm instans est in potentia. et
quia hoc est actio aīe in quescente. qm aīa
tunc intelligit quietē. qñ intellexerit idē cor
pus in codē statu saltē in duobus instanti
bus. dicat. quasi non consideramus ꝛc. i. et
videmus quasi qm non consideret neq; in
telligit iē per vnū sed per duo. i. per duo īstā
tia. et quia quescere non intelligitur et cōp
henditur nisi comphendendo duo instantia
et declaratū est q inter quelibet duo instā
tia est tēpus. necesse est vt omne quescens
quescat in tēpore. et ōne tēpꝰ est divisibile et
ideo dicat post vnde necesse est vt illud i quo
est ques ꝛc. i. vnde necesse est vt pars tempo
ris in qua est ques non sit indivisibilis. D.
gf. instans sed divisibilis. D.d. sequitur fue
rit divisibile necesse est vt sit tēpus. i. sequit²
fuerit divisibile in duo instantia et inter q
libet duo instantia est tēpus. necesse est vt
ques sit in tēpore. D.d. et vt sit quescens in
qualibet parte eius. i. et si illud in quo est
ques sit tēpus. et omne tēpus est divisibile
in tempora. necesse est vt sit quescens in qua
cūq; parte accipiatur de illo tēpore. ex quo de
clarabitur q quescens non habet primū tē
pus per illam eandē demonstrationē p quā
declaratū fuit hoc in motu et existante. et sī
intendebat qū dicit. hoc. n. declarabitur ꝛc. t
qū declarant hoc verum conclusionē et dicit
quasi necesse est primū non ē. i. primū tps
deinde dedit causā in hoc in moto et quescēte
et dicit. et causa in hoc ē. qm ꝛc. et secundū q
ista causa in quescente non est vera. nā di
visibilitas tēporis est causa vt quescēs nō
habeat primū quietē. in moto autē tempꝰ
non est causa huius. sed cōcomitatur causā
et causa in hoc q motū est tale. s. non habēs p
mū motū est. qm motū est continua mag
nitudo et in magnitudine continua sicut di
cimus. ista. n. propositio est impossibilis nisi
tas rebus propter continuationē. et continua
to in istis primo inventur in magnitudi
ne. et propter magnitudinē inveniuntur in mo
tu et propter motū in tēpore. tēpus ergo primo ha
bet co q motus habet illo. motus vero habet
illo co q magnitudo habet illo eciam.

Quoniā autē ōne qd movetur in tē
pore movetur et ex quodā in quoddā imu
tatur in quo tēpore movetur sedm se. et in
quo in illius aliquo impossibile est. nunc
sedm aliqd esse primū qd movetur quie
scit. n. est q in ipo est tēpus esse quoddā et
ipm et primū vnāquāq;. sic cū dicimus
quiescere qū in alio et in alio ipōz nūc
cū dicitur sit. q in quo est hoc et ipm et par
tes sunt. si autē hoc est quiescere non con
tingit q mutatur sedm aliquid ē totū se
cundū primū tēpus. tēpus cui divisibile
ōne. quare in alia et in alia ipius partē
erit verū dicere q in codē sit et ipm et ptes
si vero non sic est. sed in vno solo est nunc
non erit tempus nullū sedm aliquid. sed
sedm terminū tēporis. in ipo aūt nunc ē
terminus quidem semper sedm aliqd ma
nens. non tū quiescit. neq; cui moveri ne
q; quiescere est in ipo nūc. sed non move
quidē verū est in ipo nūc et esse sedm aliqd
in tēpore autē non contingit esse quiescēs
sedm aliquid. a modo cui qd fuit² quiescere

Et quia ōne motū movetur in tēpore

sans habet primā partē motus aut cessatio
nis.nā si hoc cēt tunc motus et tēpus et vm
nasalitr continuū cōponerentur ex indiui
sibilibus.D.d.sit igitur illud in quo ꝛc.i.sit
igitur primū tēpus in quo erit prima cessa
tio.a.b.deinde dicat cnā impossibile est vt h̄
sit indiuisibile.i.primū tēpus in quo ponā
tur.prima cessatio.a.b.deinde dicit.motus.n.
non est in altera.i.et dicimus q̄ istud p̄mū
tempus necesse est vt sit diuisibile.quia nā
declarauit est q̄ ōne cessans est motū.et q̄
motus non fit in aliquo indiuisibili:qm̄ ꝑs
precedēs tanꝰ mot⁹ cēt eadē.et sic ꝑs anꝰ fuit
ex se et fuit anꝰ cēt.et h̄ intēdebat qū.d.iam
cit aliq̄d et iā mouet ex seipō.i.nā sequitur
ex hoc q̄ aliquid mouetur ex seipō et hoc ē
simile ei qd̄ dicit.in mino istius tractat⁹
qm̄ si motū esset indiuisibile.tunc res qū
mouetur iā esset moti.et qū motus sit di
uisibilis ~~et~~ necesse est vt illud in quo ē mot⁹
sit diuisibile.s.tēpus et locus.Deinde dicit.
et si fuerit diuisibile ꝛc.i.et si istud primū tē
pus fuerit diuisibile vt sumus coacti per in
tionē.tunc cessans erit cessans in qualibet
parte eius finit in toto.et sic erit cessans in
medietate finit in toto.et in medietate me
dietatis finit in medietate et sic in infinitū
et hoc est in potēcia.et sic non contingeret
vt ante cessationē esset cessatio.et ante mo
tū esset motū in infinitū qd̄ est impossibi
le.qm̄ sed̄ in hoc non fieret motus.sed̄ hoc
igitur intelligendū est hoc.D.d.qm̄ hoc de
clarauit est ꝛc.et intendit hic per primū tē
p⁹ eūle.et est illud quo vtitur h̄ pro prima
pte in declarando qd̄ inātū cessationis nō
habet primū tēpus et quāh dicat.et qa
declarauit est q̄ in qualibet parte tēporis
equalis cessationi cessabit cessans.neces
se est vt non sit tēpus primū in quo incē
pit cessare.et hoc intendebat qū d.et quia
illud in quo est ꝛc.i.non inuenitur aliq̄d p̄
mū in quo erit prima cessatio.s.neq̄ ex ipō
tēpore neq̄ ex loco in quo est cessatio neq̄ ex
ipa cessatione.et contrarium consequitur nā
precedente in h̄ sermone manifestū est ex pre
dictis

¶ Neq̄ igitur quiescēs qū primū quie
uit est in ip̄artibili quidē.ñ.non quie
uit ꝓpter id q̄ non est motus in atomo
in quo autē est quiescere et mouere.tunc
cū dicimus quiescere qū et quo aptū
natū est mouere non mouetur qd̄ aptū
natū est

¶ Neq̄ quiescens enā quiescat in primo
tempore.qū non quiescat in indiuisibili
motus.n.non sit in indiuisibili.et in illo
in quo est quies in ipō est motus.declara
tū est.n.quoniā tūc dicitur aliquid qui
escere.qū illud qd̄ innatū est mouere nō
mouetur in eo in quo innatū ē mouere

¶ Qū declarauit q̄ neq̄ motū neq̄
cessans habet primū vult ostendere h enā in
quiescente et dixit neq̄ enā quiescens habet
tēpus primū in quo quiescat deinde dedit cāz
et dixit.qm̄ ante non quiescat in indiuisibili
ꝛc.i.qū sit impossibile ipm quiescere in tēpo
re indiuisibili.qū motus non sit indiuisibi
lis ꝛc.i.et necesse est vt quies non sit ī īdiui
sibili ꝓpter duo.quoꝝ alterū est.qm̄ mot⁹
impossibile est vt sit in indiuisibili.et hoc
demonstratū est.alterū vero est q̄ illud ex tē
pore in quo motus pōt ēe in illo pōt ēe ꝙes
et illud in quo motus non pōt esse.neq̄ pt
ēe enā quies in eo.deinde incepit declarare
hoc et dixit.declaratū est enū ꝛc.i.et necesse ē
vt aliquid non possit quiescere nisi in eo in
quo potest mouere quia declarabimus quies
cens qd̄ est quiescens principaliter et vere
non nisi ip̄tue.qd̄ est innatū mouere.qū
non mouetur in illo in quo est innatum
mouere.s.tēpore et loco.et ideo necesse est vt
omne quiescēs quiescat in tēpore et loco et
si esset possibile aliquid quiescere in instan
ti in quo est impossibile mouere.tunc dice
retur quiescens sicut dicitur q̄ punctus est
quiescens s.ꝑ figurā.et syllogismus cōpo
nitur sic.ōne quiescens quiescat in eo ī quo
innatū est mouere.et illud in quo īnatū ē
mouere est diuisibile.ergo ōne quiescēs q̄es
cat in diuisibili.et qū sit declaratū ipm qui
escere in diuisibili.declarabitur q̄ quies q̄es
cens non habet primū tēpus ꝑ illā dem
strationē ꝑ quā fuit hoc declaratū in cessā
te et moto

¶ Amplius autē idē dicimus quiescere
qū similiter se habeat nunc et prius tñ
q̄ non duo tunc quodā indiuisibilia.sed
duobus nunquam.quare non erit in quo
quiescat ip̄artibile.si vero partibile tem
pus vtiq̄ erit.et in qualibz istarū partiū

non est neq; motus neq; ques est veñ. D. d. m tẽpore vero ꝛc. 1. et vniuersaliter apparet q motū m motu ipossibile est vt sit m tẽpore sed; modū quo dicitur vt quescens sit m tẽpore et hec declaratio est cõmunis m õmbus tñs mutationibus. et nulla dubitatio accidit ex eo m motu. eo q̄ continuatio m motu loci est manifesta per se. et qua ipossibile ē ma gnam aliquā partē eius existere subito. ī ex tens autē motibus est questio non parua vi detur eñ q̄ aliqne partes eoñ existūt subito et q̄ continuatio non est manifesta in eis et nos pscrutabimus de hoc solhate alias

Eano autē declinatur et paralogizat si cuī semper dicat quiescat õne. aut mouet² qū sit sēm equale. est autē semper qd̄ fert² in ipo nunc imobile esse sagittā que fert²

Eano vero fallitur in argumento. dicat cuī qū õne est in aliquo sibi equali. aut quiescat. aut mouetur in eo. et translatū semper est in instanti. ergo sagitta trāsla lata non mouetur

Et eno qū equiuocatiōe vtatur in illo q̄ vult destruere motū. s. qua motū per magnitudinē est in instanti in longitudine equali sibi. ideo argumentū eius est sophisticū. D. d. dicat eñ ꝛc. 1. dicat eñ q̄ motū est et primū q̄ qd̄libz corpus qū fuerit in vbi sibi equali. ponetur in eo quescens aut motū. sed ipossibile est ponī in longitudine sibi eqli motū ergo est quescēs in eo. vnde induxit in hoc ꝓpositionē et dixit. et trāslatū semp est in in stanti. s. et ē motū per se q̄ trāslatū est in in stanti in longitudine equali sibi. et qū īduxit has duas ꝓpositiones induxit conclusio nē et dixit. ergo sagitta ꝛc. 1. qū trāslatū est in longitudine sibi equali. et ōne qd̄ est tale est quescens. ergo et trāslatū. et h esset veloaſſi mū oīm. v. g. sagitta est īmobilis. ergo mobi il est motus

Hoc autē falsū est non cui cõponitur tempus ex ipis nunc indiuisibilib⁹ sicut nec alia magnitudo vlla

Sed hoc ē falsū. tẽpus. n. non cõponit² ex instantib⁹ indiuisibilib⁹ similit² neq; aliqua aliarū magnitudinū

Quia tẽpus non cõponitur ex instanti bus iterato in instātibus non fit motus ne q̄ ques. et qua trāslatū in instāti non ē quescens. ergo non est in longitudine sibi equali in potẽtia non in actu et causa hoc est. qñ instans non est in actu in tẽpore et ideo motū non est in longitudine sibi eqli nisi in potentia. et sic non sequitur vt sit quescens. et ideo dixit. sed hoc est falsū ꝛc. 1. et si ita questio contingeret si instans in actu esset in tẽpore. ita q̄ tẽpus esset cõpositū ex in stantibus. qñ tunc non esset motus õnino deceptio igitur est in ꝓpositione dicente q̄ õne qd̄ est in longitudie sibi equali est quescens hoc eñ est veñ in illo qd̄ est in longitudine sibi equali in actu non in potentia. et ita mo tus est in longitudine sibi equali in potentia et ideo qū mouetur per magnitudinē non dese rit punctū et motū. qua pertrāsit spatiū ne cesse est mensurare illud et qua mensurat illud necesse est vt sit ex eo in longitudine si bi equali nam mensurans est huiusmodi ergo qū potẽtia non distinguitur ab actu. accidit questio enonis

Quatuor autē sunt rationes de mo enonis hūtis difficultatē solucñtib⁹ ꝑma quidē de eo qd̄ non mouetur ꝓpter hoc q̄ ꝓ in medietate oportet accedere qd̄ fertur q̄ ad finem de qua diuisimus in priorib⁹ rationi bus

Et rationes enonis in motu que difficile soluūtur sunt quatuor. prima autē qñ motus non est qua trāslatū debet per uenire ad medietatē spacij aūq; ad finem et iam determinauim⁹ hoc

Qū fuit coactus ad dissoluendū questi onē enonis in motu. induxit questiones si lus in motu et dixit eas esse quatuor ꝑma autē est q̄ si motus sit necesse est vt trāslatū pertrāseat medietatē magnitudinis aūto tū. et medietatē illius medietatis ante illā et sic in infinitū vnde necesse est ipm ꝓtrāsi re medietates. s. magnitudines infinitas in tẽpore finito qd̄ est impossibile. et iā determinauim⁹ hoc superius. sed illic contradixim⁹ ei sēm sermonē. et post contradicetur sēm ipam rem

Secunda autē rō data achilles est aūt hoc qd̄ tardus nequaq; iungetur currēs a veloassimo ante autē necesse est ire per sequens. vnde mouet fugiens. quare sem per aliquid habet necesse est tardus

Sēm autē est que dicitur achilles. et ē qū tardissimū in cursu non pōt attingi

et trāsmutatur de aliquo in aliquid. ideo
tempus in quo mouetur per se non quatē
in quadā parte illius tēporis ipossibile est
ut motū sit in aliquo eius. quū permanē
tia aliquius et vnius quātiq; suarū partiū
in eadē re aliquo tēpore. quū sic dicimus ali
quid quiescere. s. quū in instanti post aliud
instans erit verū dicere illud manere et sua
partes in aliquo. et quū hoc sit quies ipossi
bile est ut illud qd trānsmutatur aliquo
modo trāsmutationis sit secdm totū i pri
mo tēpore in aliquo. nam ōne tēpus ē di
uisibile. necesse est igitur vt sit verū i vna
parte per aliā diuidi in eadē dispositione et
quū hoc non sit ita. sed h est in vno instanti
tantū instantiū. ergo nullus modus trā
smutationis erit in tēpore ōnino. sed in ex
tremo tēporis. nam in instanti possibile ē
semper ut res sit permanens aliquo modo
quiescens autē non. impossibile est eā in
instanti motū aut quietē fieri. sed dicere mo
tū non esse in instanti est verū. et q aliqd
est in eo quodāmodo in tēpore aut impos
sibile vt sit secdm q est in quiete

Vult declarare q trāsmutatū non est in
eo in quo trāsmutatur in tēpore ōnino. neq;
in primo tēpore in quo trāsmutatur. s. equa
li trāsmutationi. neq; in aliqua parte eius
sed est in trāsmutatione in instanti. v. gr. q
mā trāslatū per magnitudinē non ē in mag
nitudine in primo tempore neq; in parte ei?
sed in instanti et dicat. et quia ōne motū ꝛc.
i. et quia declarātū est q omne motum mo
uetur in tēpore et q trāsmutatur de aliquo
in aliquid continue. ideo tēpus in quo mo
tū mouetur per se. s. primū tēpus qd ē equa
le motui eius in quo motū non dicatur mo
ueri quarta pars. impossibile est vt motū
sit in illo in quo mouetur. s. in hoc tēpore aut
in aliqua parte illius deinde inducit iposs
bile qd sequitur ex opposito huius positois
et dicat quū p manentia aliquius ꝛc. i. et im
possibile est vt trāsmutatū sit in re in qua
trāsmutatur in tēpore primo trāsmutatio
nis. neq; in parte illius. quū si trāsmutatū
fuerit in ipā trāsmutatione in tēpore sequit
vt ipm et sue partes sint in eadē dispositione
in illo tēpore in quo dicitur ee in trāsmutati
one et aliquid ee secdm omnes suas partes in
eodē statu est quiescere. et sic trāsmutatū erit
quiescēs in trāsmutatione non trāsmuta
tū. deinde exponit hoc magis et dicit. quū
sic diamus ꝛc. i. quū quū diam⁹ aliquid quies
cere. nichil aliud intendimus q̄ vt in plus
q̄ in vno instanti sit in eodē statu sine aliq̄
mutatione. D. d. et quū hoc sit quies et quū hꝰ
sit impossibile. s. motū ee quiescēs apud trā
smutationē eius ipossibile est vt in trāsmu
tato aliquo modo trāsmutationis vt tum
trāsmutatū sit in eo secdm omnes suas partes in
aliquo tēpore. s. in tēpore primo trānsmuta
tionis. aut in aliqua parte eius et quū notan
dum quū necesse ē quū trāsmutatū fuerit in
trāsmutatione in tēpore vt secdm omnes ptes
sit in instanti in tēpore. quū hoc est ppriū eius
qd est in aliquo tēpore et qd est tale. est qui
escens in illo in quo est. incepit declarare
causā ppter quā necesse ē vt illud qd mouetur
tur in tēpore moueatur in eo et sue partes
eodē modo. et dicit ōne enī tēpus est diuisi
bile ꝛc. i. et necesse est vt illud qd mouetur in
tēpore moueatur. et sue partes eodē modo
plus q̄ in vno instanti quū ōne qd⁹ mouet²
in tēpore ex istis mouetur in diuisibili quū
ōne tēpus sit diuisibile. et ōne qd⁹ mouet²
in tēpore diuisibili secdm prius et posteri⁹ ne
esse est vt sit verū dicere de eo in vnaquaq; p
te primi tēporis in quo est q secdm ōnes partes
est in eadē dispositione et qd est tale est quies
cens. D. d. et quū unum non fuerit ꝛc. i. et quū sit
ipossibile vt trāsmutatū sit in eadē trāsmu
tatione in instanti post aliud. nā hoc est q̄es
cens. necesse est vt trāsmutatū sit in trans
mutatione in instanti non in tēpore. D. d. er
go nullus modus trāsmutationis est in tē
pore sed in extremo tēporis. D. d. et quū ita sit
non erit trāsmutatū aliquo modo trāsmu
tationis qd sit in tēpore. sed erit in trāsmu
tatione de mito ad tunc in instanti. D. d. q
nū in instanti possibile est ꝛc. i. et ex ista po
sitione non sequitur primū ipossibile. nam
trāsmutatū quū ponatur in trāsmutatione
in instanti tunc positū est aliqd ens in eo.
ita q non sit quiescens. ens. n. in instanti
non est ens in eo ita q sit quiescens neq; mo
tū. sed tali modo essendi in quo hec duo gita
na falsa sunt. et si dicatur quies erit equuo
ꝛ. et hoc intendebat quū dixit. quū in instanti
possibile est ꝛc. D. d. sed dicere ꝛc. i. sed dicē ali
quid esse in instanti in aliquo quodāmodo

diorus per spacū excedens spacū tardioris se cundū quantū distant. qñ sedm velocitatem eius minoratur spacū excēs donec perficiatur sicut perficitur spacū per qd motū mouetur qñ igitur concessum q motū ptrāsit spacū sequitur vt velocius attingat tardū

Tertia autē que nunc dicta est. qñ sagitta que fertur stetit. dicit autē sedm q accepit tempus cōpositionis ex ipis nunc. non dato qñ hoc non erit syllogismus

Tertia autē ratiocinatio est quā iā diximus in h loco. qñ sagitta transfertur et ē quiescens. et ista sequitur ex hoc q cōposuit tempus ex instantib⁹ si cui hoc non cōcedatur nichil q dudet ex syllogismo.

Dicat tertia vero ratiocinatio est illa quā in duxim⁹ in medio istius sermonis ex qua apparet sagittā quiescere dū trāsfertur. D.d. tñ sequitur .c.i. vē q ista ratiocinatione hoc sequitur quia opinatus est q tēpus cōponet ex instantibus q si esset instantia essent in actu. et sī hoc esset. et esset positū q illud qd mouetur per aliquā magnitudinē est in eo in stanti. contingeret motū quiescere in magnitudine. D.d. sī. n. h non concedatur .c. et hoc qd dicat manifestū est

Quarta autē ratiocinatio est ex hys q in studio mouet² ex contractate equalium magnitudinū iuxta equalia horū quidē a fine studij. illorū autē a medio equalitur velocitate in quo acquirit opinatur equale tēpus duplū medij

Quarta vero ratiocinatio est quā posuit in magnitudinib⁹ equalib⁹ que mouē tur contra magnitudines equales sibi motu contrario ita q ille mouetur a fine studij. he vero a medio motu equali in velocitate ex quo videtur sequi q tempus dimidiū sit equale duplo

Ista deceptio fundatur super hoc q si motus sit tunc motu equalia in velocitate non ptransibūt in equalia tēpore spacū equale sed in eodē tēpore videtur ptrāsire vnū spacū et suū duplū. et post declarabit hanc deceptionē et dicat. quā posuit in magnitudinib⁹ .c.i. quā accepit ex magnitudinib⁹ equalibus quorū vnūq; mouetur motu equali cōtrario motu reliqui in spacio equali. D.d. ita q ille mouetur .c.i. et tunc contingit in ishs magnitudinib⁹ equalib⁹ que mouentur sicut homines mouentur in studio. vt alterū videatur sensu mouerī in eodē tēpore per idē spacū et suū duplū. aut alterū mouetur per spacū duplū et per qd reliqua mouē tur qñ posuerimus magnitudines quarum due sunt equales studio. et ois sunt equales et posuerimus q alie due maiorū mouerī in ordine a medio studij. et alie due maiorū mouerī ab imo studij in ordine ad partē contrariā et ad quā alie mouentur. hoc. n. posito apparebit duas magnitudines equales ee in velocitate quarū alterū in eodē tēpore pertransit duplū et qd pertransit reliqua vt declarabitur post. D.d. ex quo videtur sequi .c.i. et ex hoc videtur sequi q tēpus dimidiū sit equale suo duplo. qñ qñ posuerimus q idē motū equalis velocitatis pertransit magnitudines eqles in tēpore equali. et q ptrāsit duplū spacū in tēpore duplo. et illud qd mouetur ex hys magnitudinibus videtur pertransire vnū spacium suū duplū in eodē tēpore. sequitur si retinuerimus h q motū pertransit duplū spacium duplo tēpus. vt duplū tēpus sit equale suo dimidio. et h intendebat qñ dixit. vt tēpus dimidiū sit equale duplo .i. sequitur ex h. vt tēpus dimidiū sit equale suo duplo

Est autē deceptio in eo quidē q hoc qñ mouetur. illud autē extra quiescat. equalē magnitudinē volens equali velocitate tā dū equal' fieri tēpus. h autē falsū est ut sint stantes magnitudines in quibus sunt .a.a.a. alie autē in quibus sunt ipa .b.b.b. mapientes a medio ipōr .a. que eq les sedm numerū et magnitudinē sint alie autē in quibus ipa .c.c.c. equales hys sunt numero et magnitudine et eque velocis ipis .b. contingit igitur primū .b. simul cū vltimo .a. esse et primū .c. a primitate eorū que mouentur. dicit autē ipm .c. cum ōnibus .a.a.a. transire ipm .b. ad media .a. qñ ir medij erit tēpus equale cū vtriusq; erit ad vnūquodq;. simul autē dicit ipm .b. ad oīa .c.c.c. transactū esse. simul cū est primū .c. et primū .b. in contrarijs vltimis equali tēpore ad vnūquodq; fit ipōrū .b.b.b. quantū quidē est ipōrū .a.a.a. ratio quidē igit² h .c. dicit autē ad dictā falsitatē

Et deceptio in ratione dicit quia posuit q alterū eorū que sunt equal' velocitatis mouetur ad partē motus. reliquū aut

a velocissimo in cursu. nam necesse est vt q̄
ius pertingat ante ad locū a quo fugiens
separatur. vnde necesse est vt semper tardi⁹
habeat aliquē excessū

Ista dubitatio est talis si motus sit. tunc ve
locissimū non potest attingere tardissimū. sit
igitur velocissimū equus. et tardissimū tortu
ca. et non est dubiū quin habeant aliquā ppo:
tionē in motu sit igitur vna pars centū. et po
natur ppter equū et tortucā est vna leuca. e
quus igitur in tēpore in quo pertransit illā leu
cā. pertransibit tortuca cētesimā partē illi⁹ leu
ce. et equus etiā in tēpore in quo pertransibit il
lā ptē cētesimā ptis sib⁹ tortucā ptē cētesimā
illi⁹ ptis. et equus etiā in tpe in quo ptransit
hāc partē ptransibit etiā tortucā ptē cētesimā
illi⁹ pti. et sic in infinitū. et sic equ⁹ nūq̄ attingt
ret tortucā. et hoc intendebat qui dixit. quin ne
cesse est vt quicrs ic. i. quin necesse ē vt fugiens
semper exredat quicrus aliquo excessu nomi
nato a primo excessu. s. ppter si primus excessus
erat quartū spacij. tunc sec⁹ excessus erit quar
tū illius quarti. et tertius quartus istius q̄rti. et sic in infinitū. et quia iste excessus semper
est diuisibilis in infinitū nūq̄ quicrus per
uenietad fugiens. sed hoc est falsū. ergo mo
tus non est

Est autē et hec cādē ratio in tendendo in
duo differt autē in diuidendo et nō i duo
accepta magnitudinē. non quidē igitur
coniungi tardius audit ex ratione. sit aū
ad idē in duo tensio. in vtraq̄ enī audit
non attingere ad terminū diuisa quodā
modo magnitudine. sed apponitur i hoc
quia neq̄ velocissimū. quia tragedia dic
tū est in persequendo tardius. quare solu
tionē esse candē. velle autē q̄ precedens un
gatur falsū est quia precedit non coniun
gitur. sed tamē coniungitur. siquidē indi
gebit transire finitū. hē quidē igitur ratio
nes due sunt

Et ista est cadē rationatio illa in qua
vlis est īmediatione. sed differūt quia di
uisio hic magnitudinis excedentis nō est
in duo media. et ista rationatio seq̄tur
ex illo cotē ex quo sequitur rationatio
que fit sedm mediationē. sequitur i vtra
q̄ ratione non pertenire ad extremū per
diuisionē magnitudinis aliquo modo
diuisionis. sed additū est in ista q̄ non p
uenant ad illud neq̄ id qd̄ est valde velocis
simū quarendo illud qd̄ est valde tardissimū
vnde necesse est eundem esse solutionē in vt⁹
q̄ questione. hoc autē qd̄ affirmant q̄ p̄
cedens non attingitur est falsū. quia quū sit
precedens tunc non attingitur. sed attingit
si dicent finitū pertransiri. hē igitur sunt
due rationes

Idest et ista rationatio et ipā in qua cō
cludit q̄ motū non pertenit ad extremū spa
cij quia pertransit medietates infinitas sūt ei
dem ḡnē aut spē. D. d. sed differūt ic. i. quia di
uisio in prima ratione est sedm medietatē. s.
in medietate ipius magnitudinis. hec autē
diuisio infinita est sedm excessū qui est inter
duo mota. et non est sedm medietatē sed est
diuisio nominata a pportione que est inter
motū velocis et tardi vt declarauim⁹. et ista
rationatio sequitur ic. i. sedm diuisionē
que accipitur in vtraq̄ in infinitū in magi
tudine. sequitur enī in vtraq̄ rationatio
ne non pertenit ad extremū ic. i. quia quem
admodū in questione medij sequitur vt mo
tū non pertenat ad extremū spacij. ita hic
sequitur vt velocius non pertenat ad vltim⁹
in quo est tardius et dicat aliquo modo di
uisionis. quia ōnis diuisio qua magnitudo
diuiditur est infinita vt dictū est in sermo
ne de infinito. D. d sed additū est in ista ic. i.
sed q̄ñs accepta in hoc syllogismo est aliud
a sequente in primo illic enī fuit dictū q̄ si
motus sit sequitur vt nullū motū pertā
seat aliqd̄ spacij. hic autē dicitur q̄ si mot⁹
sit sequitur velocissimū nūq̄ attingere tar
dissimū. D. d. ex quo necesse est vt dissoluto
ic. i. et quia cōsequēs est in eis idē ex quo acd⁹
dempto necesse est vt dissoluto questionis
sit cadē in eis. i. in hoc qd̄ post dicit quia mo
tū non pertransit medietates in actu i spatio
et hoc manifestū est ex dictis q̄ motū est in
spacio in instanti. D. d. hoc autē qd̄ affirma
unt ic. i. hoc autē qd̄ pbant ex hoc qd̄ dicut
q̄ precedens non attingitur est falsū ita q̄
fere equivocātur in ambis. quia si non attī
gitur dū precedit necessario quia fuerit prece
dens et elongabitur spacij attingitur quia
contingit q̄ motū pertransibit spacij. quia
quia hoc fuerit positū et velocius mouetur
per maius spacij in tēpore equali necesse ē
vt velocius mouetur in tēpore motus tar

ſ. magnitudinũ. b. b quia ſunt equales et eĩ
lis motus. d. d. et ſic erit tẽp⁹ ꝛc. i. ex quo ſequit⁹
vt fuerit ſi motus ſit. vt. c pmũ tranſeat p
magnitudines. b. m tẽpore equali trãſeũ et⁹
p alterã duarũ magnitudinũ. a. et quia al
tera duarũ magnitudinũ a. eſt dimidiũ du
arũ magnitudinũ. c. c. neceſſe eſt vt p trãſe
at illã m medietate iſtius tẽporis et ſic me
dietas tẽporis erit equalis tot. et qũ comple
ret hanc rationẽ dicit ratio vero h eſt et cõ
tingit ex falſo predicto. i. nã ꝓpoſito dicẽs
q duo mota equalia m velocitate pertrãſe
unt ſpatiũ equale non eſt verum nſi cũ hac de
terminatione. ſ. vt illud per qd eſt motus
ſit quieſcẽs. ſi autẽ motũ falſa erit propoſi
tio. ergo illud qd verũ eſt ſcdm quid exiſtẽ
tes eſſe verũ ſimpliciter

¶ Neq; igitur ſcdm mutationẽ in contra
dictionẽ nullũ nobis erit impoſſibile. vt
ſi ex albo mutatur in non albũ et in neutro
eſt. manifeſtũ ergo neq; albũ erit neq; nõ albũ
non enim ſi non totũ in quolibet eſt non di
citur albũ aut non albũ. albũ enim aut
non albũ dicim⁹ non quo totũ ſit hmuſ
modi ſcdm quo plures aut magis ꝓpue
partes non iſtẽ autẽ eſt non eſſe in hoc et
non eſſe in hoc totũ ſimiliter autẽ et eſſe
et in non eſſe. et in alijs que eſſet ſcdm cõ
tradictionẽ ſunt eadẽ rõne. ex neceſſitate
in altero oppoſitorũ. in neutro autẽ totũ
ſemper.

¶ Neq; eadẽ contingit nobis impoſſibile
ẽ in motu ex tranſmutatione que ẽ in cõtra
dictoria. v. g. qñ ſi aliquid trãſmutatur
de albo in non albũ. non eſt in altero eor
et ſic neq; erit albũ aut non albũ. qñ nõ
ſi ſcdm totũ non fuerit aliquid in altero
eorũ qd'cunq; ſit. non dicitur eſſe albũ. nõ
non albũ. dicamus enim aliquid eſſe albũ
aut non albũ. non quia totũ eſt tale. ſ
quia maxime partes eius et plures ſũt
tales. et in tanto in hoc q aliquid ſit ta
le eſt eadẽ in tanto in hoc q aliquid totum
ſit tale. et ſcdm hoc eſt eadẽ de eſſe et de non
eſſe et de alijs que dicũtur ſcdm contradic
tionẽ. qñ neceſſe eſt vt ita ſit in altero eo
rũ. i. q ſcdm totũ non eſt alterũ eorũ

¶ Iſta queſtio eſt queſtio per ſe m ẽ mot⁹
pretor queſtiones rationis et ꝓpoſitio ei⁹ ẽ
talis ſi trãſmutatio ſit de non ẽ m eſſe. ad
de ẽ m nõ ẽ. neceſſario dũ trãſmutatio eſt
tranſmutatũ. aut erit m eſſe aut non ẽ aut
vtroq;. ſed impoſſibile eſt ipm ẽ m non ẽ qñ
nondũ eſt nedũ vt ſit tranſmutatũ. et ĩpoſſibi
le eſt ipm trãſmutari m ẽ. nã ẽ eſt quies ẽq
modo ſimiliter. et impoſſibile eſt eã vt ſit et⁹
et non erit ſimul. et qũ h tria ſint impoſſi
bilia. ergo impoſſibile eſt trãſmutationẽ he
ri de non ẽ m eſſe aut e contrario. et dicit. ne
q; contingit nobis ꝛc. i. que ſit de ẽ m nõ ẽ
aut e contrario. aut que ſit eã de contrario
m contrariũ. admit. n. hunc vt ſit de non eſſe
m eſſe quodãmodo. deinde inducit queſtionẽ
et diſſolut eã. et dicit. v. g. ſic. i. nã non ſequit⁹
ſi illud qd trãſmutatur m albedinẽ dũ trã
ſmutatur neq; eſt albũ. neq; eſt non albũ ve
neutrũ ſit ſimpliciter. hoc enim eſt impoſſibile
ſed illud qd ſequitur eſt vt dũ trãſmutatio ẽ
ſit ſcdm quandã partẽ non albũ. et ſcdm aliã
non albũ. et ſcdm h non ſequitur impoſſibi
le et h intendebat qñ dicit qm ſi ſcdm totũ
fuerit aliquid ꝛc. i. qm ſi aliquid non fuerit
ſcdm totũ m altero duorũ oppoſitorũ non ſe
quitur ipm non diſponi ab vtroq; oppoſito
m duabus partibus diuerſis. ſed ſequitur
ipm non diſponi ab vtroq; oppoſito ſimul
